moria frequenter nō habebis beneficū tibi collatū ab amicis  
ut benefactorē inde collaudes. Quia dic̄ seneca. Hatis magna  
est vslura pro beneficio memoria. Idem ingratus ē enī qui bene  
ficiū reddit sine vslura. Legitur in ecclesiastica histozia q̄ que  
dam leena habens speluncam iuxta cellam beati macharij in  
uenit catulos suos cecos quos ante pedes eius portauit. Et in  
telligenſ vir sanctus q̄ pro catulis benigne supplicauit. Et

orando illuminati sūt que nō ingrātā se repūtarī voluit quia  
pelles ēnūm bestiarū quas capiebat sepe quasi pro mercede ad  
ostiū celle eius deportabat Item quedā bestia alia ad cellam  
beati macharī cum filio ceco nato innens sanitatem accedit  
Qui intelligens orauit pro filio et statim vīdit et cum gracia  
rum actione recessit Et post paululum rediit cū ònib⁹ filijs sui  
is onuslīs ex pellibus ouīū offerens dei viro quasi pro munere  
et incliato capite recessit ei gracias agens

**D**e plantagine et himia dyalog⁹ vicefīusnonus



**D**latago est herba quartanis vt. līssima sanandis. unde  
quedam himia extitit que filiū habebat paciētē quar-  
tanam que nullo modo sanitatem filij inueniebat cū  
in medicis et medicinis plurima expendisset Idcirco tediata ex-  
penis ad macerem venit dicens circuiū celum et terram et  
pambulaui eam nec inueni requiem filio meo. nūc te tandē rep-  
peri Ex quo ergo te iueni magnum medicum Idcirco presta cō-  
filiū et auxiliū michi ut natum meum a morbo quartana-  
rio liberare possim Hacer autem vt sua de causa vera inuenire-  
tur ait Quatuor radices plantaginis insumite certe quar-  
tana cito curabitur Himia autem hoc audiens p̄ cito medici-  
nam condidit et filium liberauit dicens Octum medicum  
queramus si salutem poptamus Sic et nos si salutem anima-  
rum nostrarum desideramus sacerdotem et cōfessore doctū re-  
perire p̄curemus qui nos sciat ligare atq; soluere Hoc enim

agere debes ut salutē anime possis inuenire Quia dicit p̄fidus  
Omnis peccator p̄ penitētiā recipit vulneris sanitatem  
Sed secundū morbum adhibenda est medicina Et iuxta vul-  
neris qualitatē adhibēda sūt remēdia Pro ut legitur q̄ quidā  
pirate in tempestate positi voverunt si euaderent confiteri  
Et euadentes confessi sunt cuidam heremite quorū magister  
cū confiteretur et ob flagitia heremita sibi iniugeret ut iret ad  
papam heremitam occidit Et ad secundū cōfessore vadēs hūc  
ecia occidit Tercius aut̄ cui confessus est tractauit eū blande  
et cū nō posset emoliri nec euelli a malicia velut optimus me-  
dicus animarum ei iniūxit ut saltē cum moreretur aliquis po-  
neret eū in sepultura Qui cogitans qualis futurus esset et q̄  
cito fieret sibi simile hec sepe faciens de morte cogitans in me-  
lius ordinavit statū suū & in heremo arctissimam penitenciam  
fecit Unde glo- nichil tantum valet ad domanda carnis deli-  
deria q̄ pensare qualiter sit mors tua

**D**e verbena et lupo **D**yalogus tricesimus




**A**cet dicit q̄ si q̄ vītā infirmū portaueris verbe-  
nā et quequieris ab eo quomodo est sibi Si ip̄e respon-  
det bū ē michi Bene euadet Et si dixerit male nō est  
spes liberationis Vñ fuit quidā lupus medic⁹ nominatissim⁹  
qui quendā egrotū medicabat dans ei spem euadēdi cito. Vul-  
pis aut̄ agnoscens virtutē verbene vt lupū deciperet ad vītā  
dum languidū processit secum portans ramusculum verbene

5

et ipsum interrogauit qualiter se haberet cui infirmus; male est  
michi volpes aut secura effecta est de morte egroti ad lupum  
medicu perrexit dicens Quid dicas medice de languido illo?  
**Cui** lupus cito liberabitur. Est enim quasi in concordia se-  
tundum motu pulsus et vinea volpes aut subridens ait **Falle-**  
ris medice nesciens artem medicinam non enim euadere potest  
ullo modo quia sententia mortis data est ei. lupus autem contra-  
dicebat Altricatibus simul pignus in presencia multorum misse-  
rum Interea post dies octo infirmus ille migravit de seculo. et  
lupus confusus spoliatus manxit dicens **P**ignus mittere de  
incertis non sensus est sed desensus Ergo caue et tu noli te obli-  
gare neque dicere ea que pro certo nescieris ne decipiaris. Pro  
ut dicit Socrates inquirenti cuidam quod optime possit verum di-  
cere. Respondit. **H**i nichil dixeris nisi quod bene scieris. Et ut  
dicit phus **H**i dicere metuas unde peniteas semper melius est. Sed  
multi ea que dicunt sine bona sine mala cupunt defendere ac per  
viribus altricando litigare **V**nde cum quedam mulier assueta liti-  
gare cum viro suo trahiet per pratum dicebat vir quod erat falcatus et il-  
la quod erat tonsus **E**x his sumpta occasione processit vir de verbis  
ad verbera et ei lingua amputauit **C**um autem non posset loqui  
digitis quasi forcibus ostendebat pratum fuisse tonsum  
**C**onsimile dicitur de alia quadam que litigans cum viro suo cum  
vocauit pediculosum **I**lle autem commotus eam correxit et ver-  
berauit sed cum vollet se emendare venit postea coram viciniis  
ut eum confuderet et picebat eam in aquam conculcans et suf-  
focans eam **C**um autem loqui non posset eleuatis manibus pe-  
diculorum attritionem cum pollicibus representabat **Q**uapropter  
ecclastici xvij Multi ceciderunt in ore gladij sed non sic quasi  
qui interierunt per linguam suam

**D**e mandragora et venere dialogus tricesimus primus



**A**ndragora dicit augustinus supra genesim gen<sup>9</sup> pom<sup>i</sup> ē et de hoc genere pom<sup>i</sup> opinari quosdā dicit scilicet q̄ acceptū in escam sterilibus fecunditatē parit pp̄ter hanc virtutē quam possidet venus dea adultera q̄ mechīā excercens cum parte et anchile et adonide ad mandragoram perrexit et eam suppliciter exorauit dicens Optima fructuera aspice in me et ne despicias preces meas concede mihi pauculum edere de te ut de amatoribus liberos concipere valeam. Sterilis enim sum et hoc sine te minime agere possum. Tantū modo me exaudi et pete quod uis. Cui mandragora omnium impudica. Per et terra polluta est a fetore luxurie tue. Quanto magis si filios luxuriosos germinaeris te delectabiliter vide rēt magna & multiplicatam. Recede a me q̄ citius poteris quia iam a fetore impudicie tue olfaciōz sic eam cum confusione expulit dicens. Meretrices propulsentur nec cum ipsis fabuletur. Quia dicitur eccl ix. Colloquiu mulieris inunde quia si ignis ex ardescit. Hoc enim vir castus agere debet si cupit integratatem suam custodire. Non enim cum mulieribus loqui nec aures accommodare verbis suis debemus sed eas p̄ pulsare ac reprimere. Prout refert iheronim⁹ de quodam martire qui cum vicisset multa tormenta positus est in orto strato floribus ubi erat meretrix speciosa que carnes eius attractabat. Qui conscientis habi linguam expulit cum sanguine in faciem eius zelo iudicie et castitatis. Quedā regina frācie cū vi-

Dilectus quēdā dñm m̄gim̄ peratā noie prudētē et habentē  
 pulcherrimas manus vocauit eum ad se et apprehendēs eū  
 p manus dixit. O q̄ digni isti digiti sūt tangere ac tractare  
 lictora regine. Ad hec manus retraxit porrectas et ait. Non  
 domina fiant hec que dicitis quia si digiti mei tangerent lic-  
 tora vestra cū quibus de cetero edere voluisse sic immundi-  
 essent digiti mei a tactu vestro q̄ de cetero abominarer  
 Ipso ad os conuertere.

**D**e rosario et pdice dialog⁹ tricelimus secundus



**R**osarium pulcherrimū in quodam vīldario pullula-  
 bat plenū rosis odoriferis. Accidit aut q̄ pdix inde  
 transitū habuit. et hoc rosariū intus de rosis illis cōtulcauit  
 unde ad ipsū declinavit dicens. O decus flos florū concede  
 michi de rosis tuis qm̄ me recreare paululū popto in his  
 odoribus. Cui rosarium. accede ad me soror amantissima et  
 accipe de pulcriorib⁹ ad libitū. Cūq̄ pdix ad rosariū aduola-  
 ret ut de rosis colligeret spine pedes eius et tibias pupugerū  
 ita q̄ libenter absq̄ rosis redijt dicens. Rose pulcre sunt et  
 care. spine q̄q̄ amare. Rosarium ē mūdus. rose inter spias  
 sūt diuicie mūdane quas saluator cōmemorat luca testante  
 Hymno est vob⁹ et ce. Et ibi dicit gregorij. Quis enī michi uq̄  
 crederet si spinas diuicias interpretari voluisse marie cū ille pū-  
 gat iste delcent. et tu spine sūt qa cogitatioz suaz pūctioib⁹ mē-

tem lacerant Et cū vsgz ad pccm̄ pertrahant quasi inflcto vul  
nere cruentant Et vt dicit bernardus diuicie vestrē vane sunt  
dominū perimūt et seruū faciūt securitatē promittunt & timo  
rem impingunt Vnde prima thimo. vi. Qui volūt diuites fie  
ri incident in tēptacionē et in laqueū dyaboli et desideria mā-  
ta iutilia & nocīua q̄ mergūt hoiez i interitū & i pdicōez Hic re  
fert iheronim⁹ de crete thebano phō. q̄ elcō magno auri pon  
dere i mare plicet dicēs Abite male cupiditates i pfundū. ego  
vos mergam ne ipse mergar a vobis Cui simile exēplū ponit  
Gregorius de quodā phō q̄ magnū pod⁹ auri secū detulit p  
viam aut secū deliberās & cōsiderās se nō posse fīt v̄tutes & di-  
uicias possidere plicet a se aurū & dixit o diuicie abite et litis  
procūl a nobis

**D**e rampno et dammula Dyalogus tricesimustercius



**R**ampnus dicit papias ē spina alba vt lignū spinosū  
Rampnus vt dicit augustinus in glosa sup psalteriū  
ē genus spinarū densissimū qz in herba mollis est et  
pulchra ibi tamē spine sunt postea p̄citure Ad rampnū aut  
iuit dama id est capra silvestris dū eēt in herba mollis et pul-  
chra et ex eo se pauit dulciter cū sapore Post vero aliquos di-  
es recordata dama sapozis rampni reuersa est ad ipsum vo-  
lens comedere vt prius Sed iam indurate spine plurime ma-  
nebant in ea quas cum dama morderet in gutture et palato  
ipius infixe sunt eamq; totam cruciauerunt Dama autem  
d i

pre angustia & dolore tormentata maledixit illi dicens. **G**ene  
 miser incepisti sed nūc male profuisti. Ita multi faciūt q̄ bonū  
 inchoant in principio sed in fine male prosciūt. propter qđ  
 maledictione lūpse inducūt. **S**icut dicit ieronim⁹. Nō queritur i  
 christiano iniū sed finis. paul⁹ male incepit sed bene finiuit.  
**I**nterdu laudatur exordia sed finis p̄uaracionis dānatur  
**V**ñ ysidor⁹. finis semp in vita hominis querend⁹ est. quia deus  
 nō respicit quales an̄ fuerim⁹ sed quales circa finē vite extite-  
 rim⁹. **E**t ciprian⁹. Ex fine suo unusq; aut iustificabitur. aut  
 condemnabitur. **Q**uidam miles volens intrare religionem  
 & attendens crīmina et picula q̄ faciebat cū lingua misit quē-  
 dā vasallū suū ad abbatem ut diceret ei p̄positū suū et q̄ erat  
 mutus. parat⁹ p̄ omnia obedire. qui recept⁹ credebatur mut⁹  
 et cū multū p̄fecisset duxit eū secū abbas ad quēdā aliū milite  
 in extremis laborantem. quem videns in exitu miserabiliter a  
 demonib⁹ p̄trahi fleuit multū. **A**t illis recendentib⁹ occurrit eis  
 quidā miles promittens abbati q̄ expeditis factis suis q̄ citi-  
 us religione intraret. **E**t p̄cedēs eis de quodā ponte cecidit in  
 aquā & subm̄s⁹ ē c⁹ aimā vid̄ dict⁹ miles i spē mōchi i celū ab  
 angelis deferri propter quod gaudebat vehemēter ridens. **E**t  
 adiurauit eū abbas i virtute obediencie q̄ si posset loqui. dice-  
 ret q̄re r̄f̄isset. Qui ait. Vale fecisti cōtra meū p̄positū faciens  
 me loqui et narauit ei q̄ viderat. Cū autē abbas se corā eo pro-  
 strauisset ille eū erigēs roga. le icludi ut suū p̄positū seruaret.

**D**e mirto et muliere dyalog⁹ tricelimi⁹ quartus



**O**retus dicit plidorus ethi. xvij. arbor quā est a mari  
dca eo q̄ magis litoria arbor sit. Hinc ē q̄ a medicis  
mirene dicit<sup>2</sup> in medicorū libris. Hac arborē aptā scri-  
bit mulierib⁹ in necessitatib⁹ plurimis. Vnde quedā mulier infir-  
ma extitit que in medicis et medicinis sua cūcta bona consūp-  
bit. nec reprise remedium valuit. Ultimo vero ad mare prexit et i  
litora repserit mītum. Cui supplicans dixit. O arbor inclita  
miserere mei et concede michi infelici ramusculum ex te ut cur-  
rem vulnera mea. Cui mītus. Si de meo tibi dedero quale pre-  
cium a te habeo? Ad quam mulier. Aurū et argētum non est  
michi quia cūcta mea bona consūpi in infirmitate. Sz deo p-  
mitto et tibi q̄ semp in orōnib⁹ meis memoriam tui faciam. ac  
de bonis que deus dederit michi partē conferam. Cui mītus  
optimū preciū michi dabis si preces et oraciones ad dñm p me  
effundere procurabis. Idcirco ascende sup me et accipe q̄cquid  
vis tātummodo promissa custodias et addidit. Illi nos te  
nemur dare q̄ pro nobis vult orare. Ita et nos benefacere de-  
bemus seruitorib⁹ xpī ut pro nobis oraciones et p̄ces ad dñz  
effundant. Quia oraciones sancte impetrant quod volunt ut  
dicit glo. Oracio velut quoddam scutum ab ira dei protegit.  
Vnde origenes. Plus valet unus sanctus orādo q̄ multi p̄co-  
res preliando. Pro ut legitur in exodo xvij. Moyses eo tpe  
quo erat in deserto cum filiis israel. quidā rex dictus amalech  
pugnauit cū eo et cū videret se superari ab inimico suo cucurrit  
ad oracionem suam et eleuatis oculis i celum orabat et sic vin-  
tebat populus suus. Et cum deponeret manus vincebat ini-  
mitus suus. Manus autem moyſi erant graues et non poterat  
eas in altum diu tenere. vnde dicitur q̄ duo viri aaron et hur  
iuerunt unus ad brachium dextrum. alius ad sinistrum moyſi  
tenentes manus eius in altum donec eius inimicus in fugam  
cōuerteretur. Vnde quidam oracio etiam in bello corporalī trē-  
umphat. Legitur in hystorij transmarinis q̄ cum gosfrid⁹  
de bolone et sui dñi fuissent in obſidione antiochie. et carba-  
ra princeps milicie regis parsarū cum multitudine turchorū

v 2


et saracenorū eos circūdassent. ita afflīti sūt fatī et fīti q̄ nō  
habebant quid comedērent. equi autē eorū comedēbant corti-  
ces arborū. H̄j autē cū orāssent et exiūssent cōtra sarracenos  
quasi morituri; misit de⁹ sup eos ⁊ equos eorū rōrē celestē cui⁹  
dulcedine ipsi et equi eorū ita refecti sūt p̄ tridū et fortificati  
q̄ inuētos saracenos supauerūt ⁊ fugauerūt eos et bona eorū  
diripuerūt. **D**e cedro libani dyalog⁹ tricelimusq̄r⁹



**C**edrus q̄dam in libano plantata eminēs et excelsa su-  
per dñes apparet; ita q̄ multi ascendebat in mon-  
tem videre eam de qua visione letificati cedru⁹ m̄ltipli-  
ter comedabant. Ex ppter cedrus sublimari cepit dicens itra-  
se. A cunctis nimī laudata sū propter qđ sum laudāda; Sed  
puto q̄ si virgulta ⁊ arbustula q̄ circa me sūt et virescunt et cres-  
cent precisa ⁊ eradicata fuerint maxima apparebo. Idcirco tu-  
ci⁹ est anteq̄ eleuetur humiliare ac mutilare ipsa ne gloriā et  
honorē meū auferat. Et hoc dicens cūcta virgulta ⁊ arbustula  
q̄ circa se pullulabat p̄cidit ⁊ eradicauit pro quo denudata ap-  
parebat. Non post multos dies chorus de libano flauit ⁊ cedru⁹  
superba evolla ⁊ extirpata et curuata est dicens. Nichil sūt su-  
piores si non possident minores; sed m̄lti hoc credere negligunt  
p̄mo soli magni cupiūt apparere ac minores extirpare. Prout  
dicit⁹ p̄ similitudinē q̄ oliua ⁊ cāna litigabat simile. Et dixit oli-  
ua cāne. Tu misera es ⁊ iutis e⁹. vō oleū mistro seruituti hoīnū

Cui cāna Cito videbis cuius utilitatis sum Et rep̄te magno  
agitata vento in utraq pte flectebat<sup>2</sup>. et nichil malī passa est  
Tūc dixit cāna oīue **D**lus valet debilis cū utilitate q̄ for-  
tis cū supbia **P**uer enī cū nascit<sup>2</sup> exēplū nobis dat humilita-  
tis quia more bestiarū curuus et quasi cum quatuor pedib⁹  
nascitur ad viuendum. qui cōparatus est bestijs et similis fac-  
tus est illis. Nascitur enim flendo et non ridēdo ut dicitur sap̄  
vij. Prīma vocem ñnium emisi plorās. Augustin⁹ de ciuitate  
dei. Puer qui nascitur a ploratu incipit nesciens quid mali sit  
passurus. Solus zorastes ribile fertur et tā ille risus parū sibi  
profuit. fuit enim inuentor arcuū magicarum. Et cum esset rex  
bretannorum a nino rege alliriorum interfactus ē. **J**ohānes  
ecīa dicit q̄ dñs fleuit q̄n lazarū suscitauit ex eo q̄ amicū ca-  
rillimū propter alios saluādos ad hostilem vitā reuocare co-  
gebatur. Unde eciam apud multos est cōsuetudo ut dicit soli-  
nus q̄ q̄n puer nascitur a parentibus et propinquis defletur  
Quādo vero q̄s moritur ad tumulum cū trīpudio deportat<sup>2</sup>

**D**e duabus arborib⁹ **D**yalogus triceſimus ſextus



**A**rbores due in cacumine uno ſimil pullulabāt. tamē  
una pulcherima in ſtu et folijs et fructibus. Alia vō  
deformis in ñnibus erat. Ad arbores istas multi cōue  
nerunt. qui vidētes tātam diſsimilitudinem in arboribus illis  
dixerūt. Justū est enī illam turpissimam arboře precidere que  
d 2

tm̄ deturpat decordē alteri⁹ Cūq; p̄cidere voluissent arbor̄ illa  
 loquuta est eis dicens O prudentes viri; scriptū ē in lege. leui  
 tici xix⁹ Iuste iudica proximo tuo Cū enī domin⁹ p̄geret cōtra  
 sodomā ut impios iudicaret. sit abrahe; gen⁹ xvij⁹ Clamor  
 sodomorū multiplicat⁹ ē. descendā et videbo vtrū clamorē q̄  
 venit ad me ope ⁊ pleuerūt. quasi dicat; mala hominū nō semp  
 credite antequā probetis: inde est q̄ iudex soli sibi peccatū no  
 tū punire nō potest; Unde dictū ē Jo. viij Nemo te cōdēnauit  
 mulier⁹ nēo dnē: nec e⁹ te cōdēnabo Ergo nolite me cōdēnare  
 ante probacioēz fructū meorū Quia ait saluator⁹ mathei vij⁹  
 A fructib⁹ eoū ⁊ gnosceris eos Illi autem steterūt hoc audiēn  
 tes ⁊ de sapore fructū eoū temptauerūt; Cūq; de pulchriori  
 b⁹ gustassent et saporē in eis mīme repiren̄t maledixerunt eis  
 ac de turpiorib⁹ edebant Cū autem saporē delicatū inuenirēt  
 et pacatu odorē deū et fruct⁹ collaudauerūt dicētis Et scia  
 pbare anq; sentenciare Quia ut dicit psalmod⁹ Nullū condēns  
 ante iudicū ante proba et sic iudica An ergo probare debes q̄  
 sentenciare Et gregorii⁹ Qui iustū damnat. nō moriētē mortifi  
 car Et qui reū supplicio conat⁹ exsoluere nō victurū nitit⁹ vi  
 u. fīcare Nūq; iudex aliquā sentēciam ī ira et sine examinatio  
 ne ferre debet Quia dicit⁹ puer. xxvij⁹ Ira nō habet miāz  
 Vū refert valeri⁹ libro sexto ca⁹ ij⁹ q̄ cū phillipp⁹ rīx vino te  
 nulent⁹ cēt sinistrā sentēciā cōtra qđā viduā protulit Que ad  
 ipm̄ accedens dixit se appellare a phillippo ebrio ad phillippū  
 sobriū Qui cū vinū digessisset sentēciā reuocauit. Similiter  
 fertur de peccatrice muliere q̄ iudicata a crudelitate tholomei  
 sapientissimi regis egypti. impauida appellauit ad benignita  
 tem dicti regis. qui postea considerans reuocauit sentēciam  
 dicendo q̄ eius benignitas et māluetudo pietatis ex ipso iure  
 debeat precedere crudelitatem

**D**e delphino et anguilla Dyalogus tricesimus septimus



**D**elphinis piscis ē de quo dicit phidorus libro ethi xij  
delphines certū habēt q̄ voces hominum sequantur  
vel q̄ ad simphoniam gregatim conueniant Nichil in  
mari velocius istis. Nā plerumq; salientes naues transvolant  
Quando autē praeludunt in fluctib⁹ & vndarū se motibus saltu  
precipiū ferunt. tē pestates significare videntur h̄j proprie si-  
mones nominantur. Et ecia delphinū genus in nilo. dorso fer-  
rato qui cocodrillos tenera ventuū secates interīmū. Delphi-  
nus aut̄ quidā cum in marinis fluctibus inueniret anguillam  
eam occupauit. Unde ipsa p̄sequi inchoauit. Nepe enī eam ap-  
prehendebat sed ppter lubricitatē anguille retinere non vale-  
bat de quo plurimū tristabatur. Anguilla aut̄ volens sibi illu-  
dere ab ipso q̄ euadere callide loquuta est ei dicens. O delphi-  
ne mirabilis. doleo de te q̄ nimium fatigaris et tristaris post  
me natando. Sed in vanū laboras. nō enī in profundo aq̄ru  
me ippetū capis. sed p̄ge meū ad paludem et in sicco. et ad  
libitum me habebis. Delphinus autē inspiēs propter furiam  
et gulositatem suam post illam natare cepit. volens eam om-  
nino delere. Anguilla vero dum ad paludes eum durisset in  
siccu ascendit dicens. Ascende ad me quia a radicib⁹ herbarū  
retinebor et tu de me sacaberis. Delphinus autē saltum dedit  
ut anguillam raperet. Sed ipsa sub terra latuit et delphinus  
in sicco permanuit. Inter hec quidam p̄scator aduenit et delphi-  
num transuībrauit dicens. Q̄vi cum inimico vadit non est

d 2

mirū si tunc cadit. Ergo caue tuū inimicū humiliē et noli  
 credere ei sed ab ipso caueas ne te decipiat. Ait enī seneca. In-  
 micū humiliē doctū est metuere. Narratur enī in morali dogma-  
 te phōrū q̄ perses rex medorū indidit bellū contra grecos col-  
 legit q̄ innumerabile exercitū. Propter qđ dicebat illi vn⁹ de su-  
 is. greci non exspectabūt tuū magnū exercitū sed ad primā fa-  
 mā aduent⁹ tui terga monstrabūt. Alius dicebat; timēdum  
 esse ne v̄hes desertas & vacuas inueniret rex; et ideo virtutem  
 exercit⁹ sui non posset ostendere. Ali⁹ dicebat; angusta classib⁹  
 esse maria militib⁹ castra peditib⁹ campestria celūq; sagittis  
 medorum. **D**um in hunc modum regem concitarent nimia  
 sui estimacione et inimicos sperneret. dicit damacus philoso-  
 phus. Multitudo ista que tibi placet tibi metuēda. Verum est  
 enim multitudinem maximam populi nūquā posse regi. nec  
 diu potest durare qđ regi non potest. nichil tam magnū quod  
 perire non possit. Contigit autem qđ predixit damacus quia  
 ille tam grandis exercitus propter sui securitatē ac defectum  
 prouidencie & regimis fuit deuictus a paucis sapienter ordi-  
 natīs et cautīs.

**D**e syrene et lubrico dyalog⁹ tricēsimus octauus



**S**yren est monst̄ū maris quia ab umbilico desuper est  
 ut pulcerrima virgo. inferius autem piscis tota. hec  
 syren tam dulciter cantat qđ ppter dulcedinem cantus illius  
 naute gubernacula reliquunt et obdormiunt. eapropter mul-


ti pīlūtantur Quidā āt i pūdic⁹ et luxurioſ⁹ nauigās p̄ mare  
intuitus ē ſirenē pulcherrimā q̄ ſtatiſ ipſam cōcupiēs ad lux  
uriā p̄lamaruit Syren aūt magis dulciter clamabat ⁊ cā-  
tabat ſe q̄oz parabat ut hūc lubricū decipet et ait Ut intueor  
me dūligis H̄z ſi viſ meū concubere deſcende in fluctib⁹ et ad  
libitū corne meo perfrueris Erat enī hīc ita a luxuria inflam-  
mat⁹ q̄ q̄ ſi nil de ſe ſcīebat Idcirco miſit ſe in marinis vndis  
ut cū ip̄a cubaret At illa hoſ intuēs ipſū in vndis relict⁹ pīlī-  
tare p̄ mareq̄ natavit ut ſolebat dicēs Dir q̄ mulieri credit  
laqū ſibi tendit Cauent ergo impudici ne ppter ſpeciem mu-  
lierū ſiliter pereat qz ppter ſpeciem mulieris multi perierunt  
eccl ix⁹ pū cōſulens ipſe dicit ibidē Virginē ne cōcupiſces ne  
forte scandalizeris in decoro illius hoc enī pīculum cōſiderās  
Job xxxi⁹ dicebat p̄pegi fedus cū oculis meis ut ne cogitarē  
de virgine p̄ropter qd̄ dicit bernar. Vult⁹ mulieris ſagitta ve-  
nenata eſt vulnerat animā et mittit venenū Vn cū paris he-  
lenā duxiſſet uxorem ph̄i qdam ad eā videndā pḡetes et eius  
pulchritudinē vidētes operuerūt oculos dicētes fugiam⁹ fu-  
giam⁹ Hic enī naturaliter magis nocet anime respicere mulie-  
rem pulchram q̄ fedā Pro ut refert qdā q̄ democritus ph̄is  
ſibi oculos eruit et hui⁹ cauſa triplex ab alīs ph̄is allignatur  
Prīna quia viſ⁹ ipſū a meditaciōib⁹ iteriořib⁹ ipediebat Se-  
cunda quia malos florere nimis ipacienter videbat Tercia qz  
mulieres ſine cōcupiſcencia videre non poterat

¶ De vento marino guloso valde Apalog⁹ triceſim⁹ nonus



**T**entus marinus est belua maris que in aquis et in ter  
ris cibū sibi querit Et i vndis mergitur ut piscis in li  
tore q̄q̄ pgit ut fera Quidā autē ex h̄js cū iueniebat  
cibum aquosum i terris eū edebat ne a beluis marinis rapere  
tur sibi Dum vero cibū terrenū capiebat in aquis eū mandu  
cabat ne a feris sibi raperetur Sic enim semper faciens nulli  
petenti largiebatur propter quod omnibus odiolus erat i terra  
Tempus afflictionis id est senectutis aduenit et ipse senex et  
impotens effectus est ita q̄ nec multum natare per mare nec  
ire p humū valebat Quapropter egenus et famelic⁹ fact⁹ ele  
molinā petebat sed quia de suo nūq̄ vlli dederat null⁹ de suo  
aliquid ei porrigebat dicens uere debet amare qui de suo  
nō wlt dare Sic enī multi propter auariciā et gulofitatē de  
suo petentibus largiri nequeūt timetates sibi deficere necessaria  
Sed sicut dicit gregorius Terrene substancie p h̄ q̄ paupib⁹  
distribuitur multiplicantur Et idem Qui elemolinā tribuit  
plus accipit q̄ impendit puerorum xxvij⁹ Qui dat paupi  
non indigebit Qui despicit deprecantem sustinebit penuriam  
Cū quidā p̄dicaret ap̄d sanctū victorem q̄sierūt monachi q̄re  
sic essent pauperiores et magis grauati debit⁹ q̄ consue  
rant Cū tū parcū viuerēt et maiores p̄ciperent reddit⁹ Qui  
b⁹ ille respondit q̄ verū p̄curatorem habebant in domo qui  
omnia eis necessaria procurauerat Sed quia cū quodā suo lo  
cio de abbacia iniuste expulso exierat de cetero non reddit⁹  
nil ille reuocaretur Sic autē erat date et dabitur vobis qui re  
cellerat expulsus Sed si seruarent hospitalitatē solitam prio  
rem rediret et redderet habundanciam dicente deo date et da  
bitur vobis luce sexto


**D**e quinq̄ dentalib⁹ et piscatore Op̄alog⁹ quadragesim⁹



**D**entales quīq; iuuenes pingues et virtuosi i marinis fluctibus fluctuabāt Sed quidam piscator inde trāiens & ipōs cernēs rethia sua tendit et parauit ut ip sos caperet Dentales h̄ intuētes dixerūt Bonū ē siml p viri bus natare ac rethia illa disrumpere vt nūquā pisces decipiāt fortes enī sumus et h̄ agere valenter possum⁹ Quidam rūb⁹ antiquis et sapiens in profundo quiescebat et her audieſ sur rexit et ad eos perrexit dicens filioſi Stulticia est ea que cogitastis Consulo vobis si ſalutem cupitis recis euitate alioqui vos in recys et laqueis conſtrici condolebitis Dentales ve-ro qui iuuenes erant de se conſidentes conſilium ſenioris ſpreuerunt et infirūl pro virib; natauerūt ac in rethib; ferebantur cupientes recia disrumpere Recia autem ſe mollificauitū ictum eorum minime receperunt Ipsi poſtmodū capti co-plangētes lamentabantur dicentes Bonū credere maiori ē et sapienciori Ergo coſiliū do cui libet q; atēdat ad ſapiētū et ſeniorū coſiliū non ad Stultorū et iuuenū Stulti enī ſulta diligunt et ſua conſilia ad Stultiam trahunt Iuuenes enim maturū ſenſū non habent et iuuenilia diligunt et eis inherente Sicut dicit iob xij. In antiquis eſt ſapiencia et in longo tēpo-re prudēcia Unde precepitur eccl No te pretereat narratio ſeniorum ipſi enim didicerunt a patribus suis Ut enī ait tulli⁹ de ſenectute Non viribus aut velocitatibus aut ferocitate cor-poris res magne gerūtur sed conſilio et maturitate & ſcienza

Dantes ei consilia plus agut qd alij similes sunt gubernantib⁹  
in naui. Unde phi plus valuerūt consilia in bellis qd princeps  
in armis ut dicitur proverbioz xxiiij⁹. Cū dispositioē init⁹ bel-  
lū et erit salus vbi multa consilia. Et propter hoc alexander  
obtinuit victoriā quia consilio gubernauit exercitu. Ut enī  
ait togrus pompeius li. tertio Alexander cū ad periculosū bel-  
lū eligeret exercitū nō iuuenes robustos: sed veteranos qui cū  
prē patruo qd militauerūt elegit. vt non tam milites qd m̄grōs  
milicie putaret. milites qd non nisi sexagenarios duxit Econ-  
trario fuit de exercitu dary. iō ille victor hic vero victus

**D**e lucio ⁊ basilisco dyalog⁹ quadragesimus primus



**L**up⁹ marin⁹ id ē lucius habet in maxilla dextera spinā  
ad modū crucis. et si diligēter pscrutat⁹ fueris iuuenies  
eam. Colle ipsā et in pāno linea inuolue et porta tecū et non  
captiuaberis. et si captus fueris nō teneberis. hoc enī dicitur  
sepe exptū. **B**asiliscus grece latine dicitur regul⁹. eo qd sit vt  
dicit pſidor⁹ rex serpentū. Ipsum enī vidētes fugiūt et timent  
ecia ipſi serpentes. olfactu enī suo ipſos necat. flatu et eciam  
aspectu interimit omne viuum. Ad eius siquidem aspectum  
nulla avis illesa transit et quamuis procul fuerit eius ore  
robusta deuoratur. A mustelis tamen vincitur quas homines  
ad cauernas deferunt in quibus reguli delitescunt. Nichil enī  
fine remedio ille parens omnium dereliquit. **Va-**

de visa mustela babiliscus fugit quē ipsa plectur et occidit. **E**t autem in longitudine semipedalis albis maculis lineatus. ro-  
guli enim sūt scorpiones arencis queq; sectates. et postquā ad  
aquam pueniunt ydrophodos et lymphaticos faciunt. **I**ntoxi-  
cant enī ipsas aquas et mortiferas reddūt eas. **V**ocatur quo  
q; regulus a multis sibillis nam sibilo occidit antequā mordet  
at sine pungat. **H**uc vlgz p̄f. li⁹. xij⁹. c. iij⁹. pli. autē libro viij⁹.  
ca. xxij⁹ dicit sic apud inquit hesperios ethiopes fons est qui  
a multis estimatur caput nili. iuxta quē est quedam fera que  
racoblephas appellatur. corpore quidē modica omnibus mē-  
bris iners pregraue caput gerens et semper habet deiectum su-  
per terram. alias imperfectio eēt humani generis quia omnes  
qui viderent eius oculos expiraret. **E**adem babilisci serpentis  
vis est. queq; coronea puincia gignit corpus habens in longi-  
tudine magnitudinem xij. dig. torū candida in capite macula  
velut dyadema insinuitur. sibilo omnes fugat serpētes nec  
flexu multiplici reliquum corpus impellit sed celsus et erect⁹  
in medio graditur et incidit. descat frutices et herbas exiit  
non solum tactu verum etiam sibilo et flatu circumadiēcia  
omnia destruit et corrumpit. **T**ante etiam est venenositatis  
et pñctici q; tangentes se cum hasta longillima sine mora in-  
terficit et consumit. **H**unc mustela domat et cōuincit quia deo  
nature nichil placuit esse sine pari. **M**ors itaq; babilisci mor-  
sus est mustele et tandem mors mustele dicitur esse fetor baki-  
lisci. **E**t hoc quidem verum est nisi mustela pastu et fricatione  
rute herbe contra talem mortiferum primitus muniatur. ut  
dicit aristotiles et etiam auicenna. **P**rimo igitur mustela ru-  
tam herbam quamuis amaram comedit et sic virtute succi her-  
be amare nature hostem intrepida aggreditur et deuincit. **E**t  
quamuis babiliscus irremedialiter sit venenosus q; diu viuit  
in cinerem tamen combustus veneni maliciam perdit cuius  
ciniis operationibus alkimie utilis creditur et maxime in trans-  
mutationibus metallozu. **H**ic babiliscus perrexit ad ripā ma-  
ris et in habitum monachorum religiose vocavit ad se hunc

lupū marinū dices. O frater ex quo es tu signat⁹ signo crucis  
 pfect⁹ christianus es. idcirco accede ad me quoniam a te cupio  
 doceri christi fidem et baptisari ut eternum iudicium euadere  
 possim; et eternis gaudijs frui merear. Iucius autem intuens  
 et eum agnoscens ait. O hypocrita curulla non facit monachū  
 verba tua iniqua sunt et dolosa. non vis tu a me baptisari sed  
 cupis me decipere et toxicare; ideo non audio te. Et hoc dices  
 submergit se in vnde et natauit eūq; cum cōfusione reliquit di-  
 cens. **H**allus et ingeniosus est hypocrita pompos⁹. A talib⁹  
 enī precipit saluator nos p̄cavere dicens mathei r⁹. Cauete ab  
 h̄ys q; veniūt ad vos in vestimentis ouiuū. intrinsecus autē sunt  
 lupi rapaces. De quib⁹ ait psidoz⁹. hypocrite vero i occulto ma-  
 li sunt et palā se bonos ostendunt. Quib⁹ bñ diuina voce dicitur  
 mathei. xxij⁹. Vg; vobis hypocrite q; similes facti estis sepul-  
 chris dealbatis que foris qdē apparent homib⁹ speciosa. int⁹  
 uero sunt plena ossib⁹ mortuorū. Ita et vos foris apparetis  
 hominibus iusti i intus uero pleni estis auaricia et iniuitate.  
**V**legitur q; cum beat⁹ hilarius iuisset ad disputandum contra  
 hereticos dyabolus in specie seruientis portabat ei cappam et  
 alias in multis obsequijs existens ei quasi cō paciens rogauit  
 ut minus limpharet vinū pp̄ter vie laborem; qd cū ferisset ut  
 purū biberet ei suscit. deinde ut carnes comedederet; et sic i muta-  
 ta penitencia cū venisset ad quādā villā dixit ibi esse quādā re-  
 ligiosam affectatē ei loqui. Et hito adiuvicem colloquio illec-  
 t⁹ ē ab ea vir scūs q; rebat laplū. Sed reuelante deo et beō mar-  
 tino hoc esse op⁹ dyabolici ad ipsum venit. et subito demonē  
 effugavit detegens eum. **S**icq; de⁹ hilarium p̄ beatū martinū  
 liberavit. **D**e sturione q; ad mare perrexit dyalogus qua-  
 dragesimus secundus



**S**utorio quidā magn⁹ et famosus in flumine padi q̄ ē  
in lombardia morabatur quē pppter excellētiā suam  
et fortitudinē cuncti pisces padi verebat<sup>2</sup> Ipe vō erec-  
tus ait intra se Quid michi est ad pisces tam viles sociare et ab  
ibis laudem et honore recipere melius ē vt pergam in mare  
magnū et spaciōsū ubi sūt reptilia quorum nō est numerus et  
belue magne marine atq; diuerse quia ab ibis propter mag-  
nificentia ero sublimatus et famosus inter magnos Et hoc di-  
cens de flumine exiuit et in mare natavit. Vū autem in mari  
natavit et beluas maximas et ferocissimas intueret<sup>2</sup> penituit  
q̄ plurimū pppter aspectū earum Cupiebat enim redire nesci-  
ens quid ageret propter furorem bestiarum Interea felchus  
quod animal est marinum vitulus appellatus ferocissimus  
intuens eū dixit Quare nō verecūdat<sup>9</sup> es progredi inter mag-  
nos sine eorum licentia Certe non eris impunitus Et hoc di-  
cens sup eū ascendit et ipsū suffocauit dices O mnes p hūc  
se castigent ne leuare se satagent Ergo cum aliquis est in lo-  
co satis honoratus et magnus non studeat apparere inter ma-  
iores et potentiores nec se cum ibis sociare studeat Quia ait  
seneca Non potest parua res cum magna stare Et idē nauis  
que in flumine magna est in mari puula est Gubernaculum  
quod alteri naui magnum ē alteri exiguum est Fabula est q̄  
cum rana videret bouem magnum et pingue iacentem in  
pascuis desiderauit fieri magna vt ipse Vū inflauit se dixitq;

filii suis sū ego ne magna ut bos. Illi autē dixerūt hō. Rana  
vero magis se plus inflauit ut fieret magna ut bos. et fracta  
est pellis eius et expirauit Vn nullū exēplo rane se erigat plus  
q̄ deceat ne similiter pereat. Quia dicit ysidorus Omnis sup-  
bia tātū in ymo iacet quātū se erigit in altū. Nā pp̄ter supbiā  
angelus factus est dyabolus. Rex autē saul fact⁹ est demonia-  
cūs Hōmō vero id est nabugodonosor factus est quasi vitulus


**D**e murenula et cocodrillo dyalog⁹ q̄dragēmūstertius



**M**urenula dicit br̄to. p̄scis est quidā similis anguille.  
Hec cū inueniret filios cocodrilli q̄ est bestia fluminalis  
similis lacerte eos ingulauit et abiit. Cocodrillus at  
dū rediret et filios prostratos cerneret ultra q̄ credi posset  
amaricatus doluit ac modis ònibus filios vindicare p̄ptat.  
Vn lozicatus incedebat vt murenula deuoraret. Quadā vero  
vite inuenit serpentem crudelēm ac venenosum quem credens  
esse murenulam ipsum aggressus est dicens Modo maledic-  
ta euadere nō potes. filios meos sine causa p̄didisti. Nūc te pe-  
rimā et consumā. Qui anguis Caue tibi quia nō sum murenu-  
la. sed vīpera sū toricola. Si tu es ausus ingredi ad me te cito  
veneno inficiam. Et cocodrillus Nūc latere michi. non po-  
tes. non es tu anguis sed murenula quia factus es ut illa et  
ideo te mactabo. Dum autem ad illam procederet vt eum vita  
priuaret. Serpens se fortificauit ipsumq; momordit et in-  
toxicauit dicens Q̄ui ignoto preliari nullus debet nec

ri xari **H**ic enim nullus cum ignoto sive despecto certamen as-  
sumat quia in persona virtutis non est sed in corde ac ingenio be-  
latoris Goliach desperit dauid sed ab eo imperfectus est primo  
regum xvij. Causa eciam propter iram et cupiditate vindicte plium  
inire quia iratus semper putat se plus posse super omnes ideo mi-  
noratur Unde seneca **H**emper iratus plus putat se posse quam possit  
Et idem Legem solet obliuisci iracudia **H**oc phus lex videt ira  
tum iratus non videt illam **F**apropter abscondenda est ab ani-  
mo Quia sicut dicitur puer. xxvij. Ira non habet nisi recordi-  
am propter hoc nonque iudex aliquam sententiā iratus proferre  
debet Legitur in cronicis ipatoz quod otto primus cum in pascha-  
li solemnitate principibus suis coniunctum preparasset antequam  
sederet cuiusdam principis filius more puerili de mensa fer-  
culum accepit quem dapifer iratus fuste prostrauit Quod cer-  
nens pedagogus pueri turbatus ipsum dapiferum morte pere-  
nit Quem cum sine audiencia cesar motus condemnare vel-  
let ille cesarem ad terram deiecit et suffocare cepit Cui dum  
de manibus eius vix erutus susscit ipsum reseruari vellit se cul-  
pabilem clamans quod falso debitum honorem non detulit unde  
ipsum libere abire permisit


**D**e lucio et trinchia **D**ialogus quadragesimus quartus



**P**iscator quidam piscabatur Unde escam inhamatam  
piscibus ostendebat lucius autem et trinchia intuen-  
tes escam ipsam plurimum peroptabat **S**ed lucius ige-  
re i

niosus dixit trinche • esca hec delicata et optima apparet • **T**a  
 men puto q̄ ad pisces decipiendū sit posita • Igitur eam dimit  
 tamus ne propter appetitū gule corruiamus **T**rinchā q̄ ait  
**N**ō est bonū • morsellum tam optimū propter vanū timorē dī  
 mittere prius ego tēptabo ipsū | et cū dulcedine epulabor • tu  
 vero prestolare euētum rei **V**ū autē esca deglutiret sensit insi-  
 dias hami et cupiebat redire sed piscator eam ad se traxit • Iu-  
 cius autem fugiens inquit **N**os de malo corrigamur locū ne  
 pereamus **I**ta et nos corrigere debemus cū alieno malo **H**i-  
 tut ait catho **M**ala vicini tui te castiget **E**t seneca **H**onum  
 est fugienda aspicere in alieno malo **I**dem **E**x vicio alteri⁹ sa-  
 piens emēdat suū **V**n ille sapiens est qui bene scit ne gocia sua  
 disponere et p̄ aliorū exemplum sibi precauere a malis **P**ut  
 refert esopus q̄ quidā leo industriose debilitatus erat recum-  
 bens in cauea sua ad quē veniebant bestie ut visitaret eū • et dū  
 appropinquaret ad eū rapiebat et edebat **V**enit autē ad vlti-  
 mū vulpis causa visitacionis stans de foris ad portā cauee • ti-  
 mebat enī appropinquare leoni **C**ui leo **V**eni huc soror mea  
 ut grata possim tecū miscer colloquia **C**ui vulpis • video qui-  
 dem vestigia intrancium s̄z redeūcium nulla possum videre

**D**e regina et ydro dyalogus quadrigesim⁹quitus




**R**egina est piscis squamosus qui i fluminibus capitū •  
 Et dicit⁹ a rego regis q̄a valde se bene regit **A**d hanc

reginam processit p̄drus qui est serpens aquosus habens plu-  
ra capita et ait **O** regina pulcherrima es michi p̄e omnibus  
dilecta. Idcirco volo me tecum sociari ac in coniugio matri-  
moniari. ideoq; amicabiliter venio ad te **Cui** regina **Hoc** enim  
fieri non potest quia non conuenit **Scriptum** ē enim eccl<sup>xiiij</sup>  
**Omne animal diligit simile sibi**. sic et omnis homo proximū  
sibi **Omnis caro ad similem sibi coniūgetur.** et omnis homo  
similis sibi sociabitur Ergo quia non es tu de genere meo. nū-  
quam tu mecum sociaberis. **I**drus autem derisus atq; decept⁹  
reuertitur dicens **N**um confusus et reiectus propter quod  
nūquam ero letus **S**ic quilibet cristianus respondere debet  
dyabolo qui est serpens antiquis callidio & cunctis animanti-  
bus que sub celo sūt. **g**enesis 3<sup>o</sup> **R**ecede a me quoniam non es  
tu de genere meo id est de genere electorum **Q**uis sicut dicitur  
**J**acobi quarto **R**efistite dyabolo et fugiet a vobis **E**t aposto-  
lus **E**stote ergo fortis in bello et pugnate cum antiquo serpē-  
te **P**ugnare ergo debemus contra eum qui debilis resistentib⁹  
est **P**rouit dicit phidorus. in oculis carnalium dyabolus terri-  
bilis est **I**n oculis vero electorum terror eius vilis est **P**rouit  
legitur in vitis patrum q̄ quidam frater reuersus ad seculum  
omnibus flagicis et luxuris se exposuit **E**t tandem penitens  
in quodam sepulchro se maceravit **Q**uem demones tēptātes  
promittebant ei diuicias et scortia. ad ultimum vero verbera-  
uerunt eum usq; ad mortem **C**umq; imobilis et in fletu pma-  
neret clamauerunt demones. vici sunt monache vici illi. et fugie-  
runt **I**lle autem cogitans eorum maliciam & iniquitatem. p̄-  
posuit porcius vellem mori p̄ demonibus obedire **E**t tunc  
quasi angelus dei mutatus est ad exemplum multorum

**D**e carpione et trimallo **D**yalogus quadragesim⁹ sextus

e 2




**D**isc: s flui: a: s in quadam solemnitate post cōiuium  
 simul spaciabantur in magna tranquillitate et pace  
 Sed carpio inchoauit festum perturbare se erigendo et  
 dicendo super omnes dignus sum ego laudari quia caro mea  
 ultra q̄ dici potest est aromatizata et delicata Non ego in  
 fossis et paludibus nutrior sine stagnis sed in lacu magne  
 garde educatus sum ppter quod debeo inter vos principari  
 Trimallus piscis est nomen habens ex flore timus enim  
 flos appellatur et hic piscis marinus est ut dicit ysi libro  
 ethimo. xij. et cū sit specie gratus et sapore iocundus tamen si  
 cut flos fragrat et corpore odore spirat Hic piscis hoc eu-  
 diens indignatus profiliens ait Non est ita ut dicas quia ego  
 ultra te rutilo in odore et sapore Quis potest michi assimila-  
 ri qui me inuenierit thesaurū habet Si tu i lacu garde tantū  
 modo morarīs ego in spaciois fluminibus Hic iter eos lites  
 et contenciones erant quā ppter festum in turbacione versum  
 est quoniam quidā bouebant partem unius quidam partem  
 alterius ita q̄ volebant se simul dilaniare Interea truta piscis  
 est quidā semp mot⁹ ad trudēdū Hec ergo truta quia docta et  
 antiq̄ loquuta est dicens fratres nō est bonum preliari ppter  
 vanos laudatc z: s Nō enī me laudo cū sim laudanda Quoniam  
 scriptū est os alienum te cōmendet ⁊ nō ppter quia omnis laus  
 in ppter ore sordescit idcirco melius est ut isti qui se laudant  
 vadant ad iudicem marinū id est delphinum qui est iustus iu-

dx et rectus tixens dñm quia hoc recte terminabit Placuit  
sermo inter ònes Et isti duo ad delphinum inuicem prexerunt  
hec omnia intimatè ac pro posse se collaudatè Quibus del-  
phinus Filioli nūquam vos vidi ppter quod in fluminibus la-  
titatis ego autē in marinis fluctibus versor Vn recte hoc ter-  
minare minime possum si de vobis prius nō temptauero Et  
hoc dicens saltum dedit et eos deglutiuit iquiens Nullus  
debet se laudare super omnes nec saluare Hic nonnulli se  
iplos semper laudant et opus suum commendant cupientes se  
ppter vanitatem et superbiam super ònes erigere sed iusti et  
humiles seiplos vilipendunt Et ut dicit Gregorij Tunc ope-  
nostra per merita crescunt cū apud nos metiplos p humilitate  
decrescunt Hnde Job xxri Hsi osculatus sū manum meam  
ore meo que est iniqüitas maxima manum suā osculatur qui  
laudat quod operatur Ideoq; veritas nos instruit dices luce  
xvj. Cū feceritis ònia que precepta sunt vobis dicite serui  
inviles sumus quod debuimus facere fecimus Fabulatur  
enim q volucres inuenierunt nidum ex robis et florib; ornatū  
Et dixit aquila rex avium q nidus ille daretur avi nobilissi-  
me Et fecit vocari volucres celi et querebat ab omnibus audi-  
entib; que esset avis pulcherrima Respondit cuculus Cuculj  
Et iterum querebat aquila que esset avis fortissima Et respō-  
dit cuculus ego Et aquila indignata ait Cucule ifelix semp  
te ipsum laudas et nūquā alium cōmendas et tū nec es pul-  
cherrimus nec velocissimus nec fortissimus nec bene cantas  
sed semper idem clamas Et ideo sentēciā damnacionis do con-  
tra te q nec istum nidum nec aliū vñquam habebis Hic pleri-  
q; semper seiplos laudant sempq; cum ciculo cantant

**D**e rana et cancro dyalog⁹ quadragesim⁹ septim⁹


e 3



**R**ana dum videret cancrum in riva fluminis natare ait  
 Quis est hic tam turpis et deformis qui ausus est aqua  
 mea turbidare? Ex quo sunt fortis et potens in aquis et  
 in terris ad ipsum procedam et effugabo. Et hoc dicens saltum dedit  
 et cancrum oppressa est dicens. Quare non erubuisti miser igne  
 di in requiem meam? Cum sis despctus et niger non es confusus  
 fedare aquam lucidam et preclaram? Cancer autem ut facit retro  
 trahere cepit dices. noli soror talia dicere quia pacem et amore  
 cupio tecum habere. noli ergo ingredi super me. Rana quoque in-  
 tuens eum retroire credidit quod propter timorem illius hoc ageret unde  
 magis cepit eum verbis et actibus molestare dicens. Noli  
 retrahere te turpissime quia euadere non potes hodie carnes  
 tuas piscibus dabo. Et hoc dicens saltum dedit volens ipsum mac-  
 tare. Cancer autem videns quod euadere non possit se conuertit et  
 ranam cum grillis momordit ac dilaniavit dicens. Debet  
 fortiter bellare qui non potest evitare. Ita quilibet pro pos-  
 se suo debet fugere bellum et questionem. Sed si dominio vitare  
 non potest antequam permittat se interfici uel mori pro viribus  
 pugnat contra impugnatores. A talibus enim petebat psalmista  
 eripi et liberari dicens psalmus lviij. Ab insurgentibus in me libe-  
 ra me domine. Et post orabat tales deleri inquiens psalmus lxvij dis-  
 sipa gemes que bella volunt non enim solummodo pro nobis pug-  
 nare debemus. sed pro parentum defensione et pro republica  
 saluanda. Put ponit valerius libro v. capitulo iiiij. quod cum darius

rex finis scitarū inuasisset miserunt ei scite q̄ depopulacionē agrorū et vinearū equaminitet tollerarent. **H**ed si sepulchra parentū tāgeret tunc potentiam scitarū & vires lētiret quia p̄ eorum defensione mori sunt parati et pro republica saluanda. **I**n tantū zelare debemus q̄ morti nos exponere decet. **V**nde refert valerius libro v ca vij<sup>o</sup> q̄ cū codrus rex athenēsium ab hostibus uigeretur cepit ab appolline responsum q̄ exercitus suus victoriā obtineret si ab hostibus suis se occidi p̄mitteret. **Q**uod responsum cum ecia hostibus inotuisset preceperunt ne quis codrum tāgeret. **T**unc ille mutato habitu ad hostes procellit et quemdam ibi militem falce percussit qui percussus mori in eū irruit et continuo occidit. **C**ognito vero corpe codri cōtinuo hostes oraculi memorēs fugerunt omnia relīquenies.

### **D**e piscatore et pisciculo dyalog⁹ quadragesim⁹ octau⁹



**P**iscator quidā dū i p̄scabatur cepit pisciculū quidā et cū vellet ipsum iugulare vociferatus est dicens. **O**piscator miserere mei parvū de me habebis lucrum si me iterficiſ. **H**ed si me abire permittis p̄mitto deo et tibi q̄ q̄ plurimum te faciam lucrari quoniam ad te quod idie reuertar cū magna societate pisciū ac in r̄ribus tuis multos introducam. **C**ui piscator quomodo te cognoscere potero inter tot pisces. **A**t ille parum prescinde michi de cauda ut me inter alios cognoscas. **C**redidit ergo piscator prescidiſ illi caudā et dimisit pisciculus vero ingratus semper cū p̄scabatur homo eum.

e 2

impedit et pisces ab eo propulsabat dices patres cauete a  
 seductore illo qui me seduxit et caudam meam prescidit Sic enim  
 faciet vobis si non caueatis et si michi non creditis vel operibus  
 credite Hec autem dicens ostendebat caudam piscalem pisces vero  
 ipsum abhorrebat et ab ipso quod ceteris fugiebant piscautor au-  
 tem numerus amplius piscaatur propter quod in paupertate degebat  
 Accidit quoque piscautor longius post piscaulum illum cum aliis  
 piscaibus cepit ipsumque agnoscens trucidauit crudeliter dices  
**I**lle qui manet ingratus iustus est si sit mortificatus Sic  
 enim multi ingrati reddunt semper mala pro bonis Quibus lo-  
 quitur pro ratione Qui reddit mala pro bonis non recedet mali-  
 tia de domo eius Hec est enim magna ingratitude indigna me-  
 ritorum De qua dicit bernardus Ingratitudo inimica est anime  
 exterminatio meritorum virtutura dispersio beneficiorum predicio  
 Ingratitudo inimica est anime ventus vrens siccans libi son-  
 tem pietatis rorem misericordie et fluenta gracie Contra i-  
 gratos et non cognoscentes beneficia potest referri illud exemplum  
 illius villani qui quotidie ibat ad siluam cum suo asello  
 quique etiam inuenit quedam draconem oppressum a quadam  
 arbore quem ipse liberavit Draco vero postea voluit comedere  
 asellum dicens quod omnia maxima seruicia perduntur Sed villanus  
 habuit cibarium cum vulpe que reduxit draconem ad pristinum  
 locum et liberavit villanum et asinum Item exemplum girar-  
 di teneosi qui erat quasi stultus et nichil habebat nisi unum  
 gnatum id est filium qui videns omnes euntes ad imperatorem  
 dona ferentes ait intra se vadam et ego ad imperatorem ei do-  
 na ferendo ut decet dominum meum Et inuenit primo centaurum  
 Centaurs est animal inferius equus superius homo velox in  
 cursu ut equus deinde versus super quem sedet et donauit ipsos  
 imperatori ex parte domini sui Cui imperator transmitit multa dona  
 ipsumque valde ditauit deinde gnatus finxit se esse mortu-  
 um et probauit patrem suum inuenitusque illum non curare de se  
 pro quo eum plurimum vitupauit Unde Gregorius non est dig-  
 nus dandis qui non agit gracias de datis Et augustinus Quod


deus dederat gratis tulit ingratus

**D**e aquila et auib⁹ et leone et alijs bestijs dy⁹ odrag⁹ non⁹



**A**quila cū auibus vallata ⁊ castrametata i campestrib⁹ cum leone ac bestijs prelibabatur. Quotidie enī simul conueniebant ad certamen et ex utraqꝫ parte cōcurrebant multi. Interea vulpes clam vocavit prūdinē dicens modo est tempus nos redimendi possumus enim de principibus nostris videre vindictam qui nobis dominantur. Agamus sagaciter q̄ ipsi simul presidentur sc̄q; perimant. Hoc prundo facere consensit et ad aquilam conuolauit eam q̄ plurimum magnificauit dicens. tu es regina auium ⁊ impatrix si attīdere vis confilijs meis eris eciam princeps et dux ferarū. Consensit aquila et promisit consulta tenere prundo autem rediens ad vulpem cum ipsa et cū alijs ordinauit q̄ aquila simul cum leone dimicaret. Et quis eorū victor existeret princeps et dux esset auium et ferarū. Cū autem i agone contēderet ait aquila. O nobilitas leonina si bene prospexeris sedulti sum⁹ a falkis confiliarib⁹ ipsi peroptant a nostro dominio liberari. ppter ea nos ad certandum incitauerunt. Verte melius est ut domineatur quilibet generi suo. q̄ nos per fallaces perimere. Hoc autem credidit leo et pacificati sunt simul dicentes. Sunt iniqui seductores falki confiliatores. Caveant ergo principes a talibus ne cito se moueāt ad verba complicita quia multi seductores reperiuntur. Ait enim seneca. Ad rem mouearis et non ad


verba cōposita. Seruare enim debet se quisbet ac p̄cauere  
ne a falso consiliarijs decipiatur. ppter quod p̄cipitur p̄.  
xxxvij A consiliario malo serua animam tuam. Debet enim p̄i  
ceps habere intelligentia periculorum circumstancium et speci  
aliter seductionē ipsorū adulancium. Sunt enī adulatores sy  
rene blandis vocibus seducentes ipsa. xij. et syrene in delubris  
voluptatis A quibus et summe oportet cauere ac eorū fallaci  
penultima correpta Satiri sūt homūciones dicti ab  
uncis naribus habentes cornua i frontibus et capra-  
rum pedib⁹ similes qualem in solitudine sanctus anthoni⁹  
vidit qui etiā interrogatus a dei seruo respōdille fertur dicēs  
Orontalis ego sum vn⁹ ex accolis heremi quos vario delusa er-  
rore gētilitas faunos satyrosq; colit Et est animal mōstruosū  
supra p̄maginē hominis insignitā deorsum vero formā capre  
habēs qui secundū errore gentiliū deus filiarū esse denūciat⁹  
Hic accepit vroxem filiam Sympocētauri qui est homo equo  
mirtus potens et virtuosus Cū autem cum vroxore cubare de-  
beret prius de tribus eam monere cepit dicens Nunq̄ mentie-  
ris et nequaquam impreceris nec thorum meum violare presu-  
i ?

mas Hec tria cū seruaueris pacifice mecum pnoctare poteris  
 parum post satirus eā explorare voluit si obediens extiterit.  
 et ait O coniux dic michi nomē parentum tuorum Cui illa  
 nūquā genitores habui ego Et satirus cito dolēs docta mea  
 fregisti At illa ppter audaciā parentum satirū blasphemare  
 cepit ppter quod ipse eam repudiauit et a thoro suo separauit  
 Non post multū hec imūda scortari se fecit a quodam azino  
 Satirus autē hoc sciens cum omnibus suis eam morti iudica-  
 uit tradendā Ipsa vero moriens ait O ptimur est obedire  
 viris suis ac seruire ¶ Nobedientes plerūq; sunt mulieres Unde  
 non eis cōpetit principatus Ait enim ecclī. xxvº Mulier si  
 principatu habeat contraria est viro suo Idem xxi. Melius est  
 habitare in terra deserta q; cū muliere rixosa et iracūda Qui  
 dam sic castigauit malā vroxē et inobedientem Dillimilauit  
 eam ire ad nūdinas et dixit vxori nullo modo digitum po-  
 nas in foramine isto. leg; abscondit in vicina domo Vrox au-  
 tē cogitare cepit quare inhibuit michi hoc non obediā ei ī  
 hoc sed magno impetu manum in foramē misit In foramine  
 vero erat acutissimi clavi ī quib⁹ digiti sui fixi sūt unde pre a-  
 gustia clamare cepit ita q; maritus accurrit dicens Quare nō  
 obedisti preceptis meis et sic eam correxit donec obediuit  
 ¶ Cum in quadam nauī tēpestate iminente clamatum esset a  
 nautis ut grauiora proiceret ī mare quidā habens vroxem  
 ppter linguam intollerabilem exhibuit eam dicens q; in tota  
 nauī nō erat grauior lingua eius Unde seneca Hic u nichil su-  
 perius benigna coniuge ita nichil crudelius infesta muliere  
 Et phūs vxor inquit aut est ppterusle refugium aut phenne  
 tormentum Si est mala tormentū est ppteruale refugiu si est  
 bona quia bone vroxes nobedientes sūt viris ipsos q; sup omnia  
 diligunt ¶ Hero⁹ ī libro cōtra iouinianū ad hoc exemplum  
 de tribus matronis romanis ponit que post amissum virum  
 alterū accipere noluerunt Sed harū prima dicebatur mar-  
 chia cathonis que interrogata quare secundum non acciperet  
 virum respondit se non inuenire virū qui velit eā ppter se sed

pter sua quāuis forte turpis esset licet diues. Secūda diceba  
tur valeria que cum interrogaretur ut secundū virū acciperet  
Respōdit se facere hoc nō posse quia vir suus nō erat mortu⁹  
sed viu⁹ qđ diu ipsa viveret Tercia dicebatur āna qđ a parētib⁹  
vgebatur ut secundū acciperet virum eo qđ iuuenis et diues e-  
rat Respōdit se hoc nō posse facere quia bonum habuerat virū  
et ideo si secundū acciperet aut ille esset bonus aut mal⁹ Si bo-  
nus semp esset in timore ne ipsū perderet Si malus semp esset  
in dolore eo qđ post virū bonū malū inuenisset . . .

**D**e dromedario et ei⁹ cursu Dyalog⁹ nonagesim⁹ prim⁹ . . .



**D**romedarius est animal ut dicit Iheros⁹. quod tantum  
uno die p̄git quātu equus i tribus Hunc clamitauit  
leo dices Inter önes es tu michi laudat⁹ qđ scis curre-  
re atqđ salire unde volo qđ pgas festinat̄ in oris̄ tem et interro-  
gare debeas de persona . qualitate . et societate grifis quoni-  
am vult mecum bellare . sed ut me preparare possim ad certa-  
men hoc citius denūria michi ut post a me mercedem recipias  
et honorē Dromedarius autē se exaltare cepit cū audiuit se lau-  
dari Ob hoc iter suū inchoauit et ultra vires suas ut magis es-  
set laudatus currere cepit Idcirco tantū cucurrit et saluuit qđ se  
totum demolitus est p̄ quo cecidit et expirauit dices Id qđ  
scimus sic patremus qđ nūqđ nos vastemus Ita et nos ea que  
facimus et scimus sic agere discrete debemus qđ corpora nostra &  
mēbra non destruamus Ait enī augusti⁹. in regula qui carnem  
i 2

suā supra modum affligit ciuē lū occidit Tunc enim homo  
 occidit ciuē suum id est corpus suū cum ipsū aggrauat et fati-  
 gat ultra q̄ ferre potest Vnde p̄li iōni ope modū & tēperamē-  
 tum oportet habere nā quicquid cum modo et temperamen-  
 to fit salutare est · quicquid autem nimis aut ultra modū per-  
 niciosū est Fabula est q̄ quidā phūs cū filio suo positus est  
 in quadā turri existenti sola in mari Vnde filius habēs tedū  
 rogauit patrē ut faceret eū exire de illa captiuitate at ille in-  
 uenit multas plumas avī et cū pice et bitumine eas copula-  
 uit et cōpegit sibi et filio alas ut volarent et inde exirent :  
 Inter hec pater docūt filiū suū dices Causa tibi ne voles nimis  
 alte ne descendas multū bassum sed tene mediū si vis esse be-  
 atus quia medium tenere beati Pater sic fecit et recto itine-  
 re exiuit de carcere · filius autē sentiēs se volare letus effec-  
 tus semp ascendebat Et factū est q̄ calor solis accedit plu-  
 mas et consūpit · et sic cadens mortuus est Vnde Berna · te  
 ne mediū si non vis pdere modū De leone qui edificauit  
 cenobium dyalog⁹ nonagesimū secundus



**L**eo pro redēptione anime sue suorūq̄ parentum excel-  
 lētissimū edificauit cenobium in quo regulauit multa  
 animalia dans eis formam et regulam viuendi Et ele-  
 git in priorē hinulum qui est ut dicit pāp̄ filius ceruorum et  
 est varij coloris · credens eū esse religiosū cenobita Hinulus  
 autē ut varius erat in colore sic et in fide Cepit enim fratres

diuidere ac in ptes trahere instituens officiales et post paulum cassabat et alios instituebat Cassati vero murmurabant contra ipsum. instituti autem eū fulciebant Hoc enī sepe malici os agebat ita ut conspiracionem contra ipsum facerent et concorditer contra eum starent Ad extremum fratres se armaverunt volentes se p̄ pre lacerare Sed quidā palefridus sapiēs et antiquis dixit Cessate fratres non est bonum hoc agere me lius est hūc malignum priorē cassare & alium pacificum locare Placuit sermo inter fratres et unanimiter eum destituerunt dicentes Et concordia tenenda inter fratres et habenda In hoc apparet q̄ concordia est virtus acceptabilis inter fratres Dicitur enim eccl. xxv. In tribus beneplacitum est spiriti meo que sunt probata coram deo et hominibus concordia fratrum. amor proximorum. et vir et mulier in bono sibi cōlētientes Et ut dicit august⁹ Nō potest habere cōcordia cū xpō vel in seipso qui discordia vult habere cum xpiano Sed sunt aliqui qui dum in pace sunt nesciunt viuere Unde piscator quidā turbans aquam increpatus a quibusdam respondit se increpantibus de turbacione aque. si hec aqua non turbatur viuere non possem Concordia nichil utilius ciuitati ut quidā ait Ideo ad amiciciam et concordiam habendā anhelare bonū est Unde de concordia narrat vegetius li⁹ iij⁹. q̄ cum oblide ret hanibal quādam ciuitatem tantam in opia ciues perpessi sunt ut inuidentes sibi necessaria non venderent In qua quidam panes vendid⁹ et mortuus est fame Alter qui emit cibas⁹ est et supuixit Hoc enī factum ē ut nō discordarent inuicē

**D**e onocētauro q̄ fecit palaciū Dyalog⁹ nonagesim⁹terci⁹



**O**nocētaurus id est azin⁹ imixtus homini sic dictus quia media hominis specie media azini esse dicit⁹ ait hugu⁹  
cio hic pro se palaciū pulcherrimū edificari faciebat s̄  
confidens in suo sensu ònia terminare ac ordinare volebat nō  
attēdens cōfiliū architectoris. Dū enī architector consulebat  
utilia ut p̄ atrē discernebat. Hic elat⁹ aiebat Sapiēs ac ingenio⁹  
s̄ ego nō licet nobis me docere s̄ polo ut volūtate mea cūc  
ta cōpleantur. Et dū esset palaciū expletū quia non erat bene  
fundatū nec bene cōpositū ruinā petijt et ad solū decidit. Ideo  
onocētaurus cōfulus et bonis suis spoliatus perhibebat. Ile  
le cito se dissoluit qui per doctos se nō mouit. Sic enim multi  
nolunt credere confilio sapiētū sed suo sensu cuncta terminare  
volunt. Tu autē semp non credas tue proprie scientie nec con-  
fidas p̄prio s̄elsui nec semp volūtati p̄prie acquiescas. H̄ ònia  
cū cōfilio et prudētiorib⁹ sapiētiorib⁹ et discretiorib⁹ facias &  
eoz̄ monitis acquiescas ne a via veritatis possis vllaten⁹ de-  
uiare. Est enī scriptū sapiēcie xxxij⁹. Hine cōfilio nichil facias  
et post factū non penitebit. Quia ut dicitur p̄p. xij⁹. Astutus  
ònia agit cū confilio. Qui autē ònia agūt cū cōfilio reguntur  
a sapiēcia. Ista enī est differēcia inter sapiētē confiliarū et fa-  
tuū. quia fatuus nisi respicit p̄cipiū facti. sapiens autē respi-  
cit finē et ea que sunt ad finem. Legitur de quodā phō. q̄ in  
foro in loco eminētiori reādens dixit se velle vēdere sapiētiām.  
Et cū aliqui ab eo emerēt scriptū in cedula dicēs. In omnibus

que accurus es sēp cogita quid tibi inde possit accidere Quod  
cū multi deriderent et cedula vellent picere ait portate secure  
ad dūm vestrū quia bene valet preciū Quid cum p̄ceps acce-  
pisset litteris aureis in ostio sui palacij scribi fecit Post multū  
vero tempus quidā eius iūmici cum barbaro suo ordinauerūt  
ut principem iugularet Qui cum per ostiū intraret et scriptu-  
ram illam legeret eo q̄ legere sciebat cepit tremere et pallere  
Quo nīlo p̄ceps eū capi fecit et minis et tormentis veritatē  
extorquēs sibi p̄cepit Sed actores scelerū interfecit p̄ quod pa-  
tet q̄ sit utile finē pensare Unde quidā phūs Quicquid agas-  
prudenter agas et respice finē ¶ De rinoce-  
rone qui despiciebat senē ¶ Op̄alog⁹ nonageſim⁹ quart⁹



Rinoceron ut in britone habetur latine interpretatur  
in nare cornu Idem et rinoceros id est unicornis eo  
q̄ unū cornū i media fronte habeat pedū quatuor ita  
acutū et validū q̄ ut quicquid ipetierit aut vētilēt aut pforet  
nā et cum elephantis certamen habet et in ventre vulneratos  
prosternit Tante autē fortitudinis est ut nulla venaciū vītute  
capiatur Sed sicut asserūt qui naturas animaliū scripserunt  
vīgo puella p̄ponit que venetiū finū aperit i q̄ ille òni ferita-  
te deposita caput ponit sicq̄ soporatus velut iermis capit⁹ ut  
dicit p̄si. xij⁹. ethy⁹. Rinocero etiā ut dicit p̄p̄ est animal cornu  
i nare habēs Rinocero etiā ut dicit p̄p̄ est fera idomite natu-  
re ita ut si capta fuerit teneri nullatenus possit Hec propter


fortitudinē aut iuuētutē senem videre nō poterat. Quādocūq;  
 senem intuebatur post ipsos fibilabat. videns ipsos curua-  
 tos alījs digito derisiue demonstrabat. Dū autē tēpus p̄tran-  
 saret et ipse senex effectus esset ipsū iuuenes despiciebant. Ip-  
 se vero pacienter sustinebat dicens. **Q**ui desiderat senesce-  
 re senes non debet despicere. **N**on hoc apparet q; senes a iuu-  
 nibus nō sunt despiciendi ymo magis sūt venerandi. **D**e hoc  
 preceptū habemus in leuitico xix<sup>o</sup>. corā cano capite consurge  
 et honora plonā senis. **V**nde p̄ma petri v<sup>o</sup>. Adolescētes subdi-  
 ti estote seniorib; Catho quoq; ait. **C**ede locū maiorī. **T**put  
 narrat valerius li<sup>o</sup> v ca<sup>o</sup> h<sup>o</sup> de alexandro qui precipiū hono-  
 rem et amorē a militib; suis meruit clemencia. **V**nde ait de eo  
 q; cū in nauali tēpestate opp̄ressus senio īā conjectū macedo-  
 ne milite nimio frigore obſtupfactum resperit ipse sedens in  
 sede sublimi. statimq; de sede descendit et manib; suis ipsū  
 milite iuxta ignē in sede sua imposuit. **H**te refert valerius  
 q; quādo eiconie senescūt fīij parētes suos in nido ponunt. et  
 iuxta pectus suū eos collorant. bouēt. nutrīt et calefaciunt  
 Quod ecīā agere debent homines rationē habētes circa senio-  
 res et parētes. **V**nde valerius li<sup>o</sup> v<sup>o</sup> dicit q; dū quedā mulier  
 nobilis ob quoddā flagicium fuisse carceri mancipata ut ibi  
 fame deficeret filia sua nupta de licēcia iudicis ipsam cotidie  
 visitabat. **P**rius tamen diligenter perscrutabatur ne quid si-  
 bi comestibile deferret: illa vero extracto ubere singulis die-  
 bus de lacte proprio matrem alebat. **T**andem vero iudex pie-  
 tate cōmotus matrem filie condonauit. **S**imile p̄ ònia re-  
 fertur de quodā patre sene et grandeuo taliter a filia susten-  
 tato. **S**oli vultures parentes suos mori p̄mitūt. **D**e orice  
 orige q; nunq; infirmatur dyalogus nonageſimusquintus



**O**rix ut in britone dicit<sup>2</sup> ut quidā dicitū est animal quod  
dam in heremo simile capre cui<sup>9</sup> pili sunt reflexi ver  
sus contra naturā dñi animaliū Alij dicitū q̄ ē mus  
aquaticus qui cum captus sit p̄citur i vīs vel in cōpītis Alij  
dicunt q̄ est animal simile muri quod nos dicim<sup>9</sup> glīrē ut dicit  
yīdo. Et est animal mūdū quātū ad elum sed imūdū quātū  
ad sacrificium Hic orix sanissime degebat ita q̄ nunq̄ infirma  
batur Exपpter infirmos der. debat cum egrotabant dicens  
Isti simulant dolores ut a laboribus vacare possint et quiesce  
re Sic enim dicens nunq̄ infirmis seruiebat Interea febrī  
tare cepit et egrotare unde ichoauit gemere ac plorare dicens  
Heu miser nuq̄ languidis seruui sed pro posse meo iplos dif  
famauit Nunc autem promitto deo celi et terre q̄ si me libera  
uerit semp seruiam egrotis et iabecillibus Cum autem cō  
ualuisset correctus libentissime seruiebat egrotis dicens :

**D**e dat infirmitatem hic ppter utilitatem Hic possum<sup>9</sup>  
evidenter cognoscere q̄ infirmitas nobis datur a deo propter  
utilitatem & fortitudinem anime Vnde dicebat apostolus 2<sup>a</sup>  
ad corinthe. xij. Cū infirmoz scilicet secundū corpus tunc for  
tior sum et potens scilicet secundū animā nam virtus in infir  
mitate pficitur Gregor<sup>9</sup> quoq̄ dicit Cūllos virtutū infirmi  
tas corporis est Negitur in vitas patrum q̄ cū quidam pete  
ret a iohanne heremita ut a terciana sanaretur Respondit  
rem tibi necessariam cupis abicere ut enim corpora a medici

nis curantur ita anime languores purificantur infirmitati-  
bus et castigationibus ¶ Item cū quidam miles rogaret quē  
dam virū sanctum ut a morbo liberaret eū precibus suis Sed  
audito ab eodem q̄ melior et deuotior esset in eritudine q̄ in  
sanitate dixit oro deū ut seruet te in statu quo magis humili-  
eris ¶ De saginario publico dyalogus nonagesimus sextus



**S**aginarius quidā publicus arabat pratum ut seminaret  
Sed boves ut solebant nō arabat p̄mo pro posse recal-  
citrabant ppter quod arator ipsos aculeabat Boies  
autē vociterati sūt cōtra eū dicentes Maledicte q̄ de causa p̄ci-  
tis nos quia semp seruiui⁹ tibi⁹ Quib⁹ saginari⁹ Cupio arare  
pratum hoc ut mīchi et vobis tib⁹ tribuat Et boies pratum  
hoc nolum⁹ arare quoniā tib⁹ delicatū nobis tribuit et ideo  
in quantū possumus resistem⁹ Sed quia stabant sub iugo bi-  
nati et bubulus eos verberib⁹ aculeabat non valentes effu-  
gere obedientes facti sunt dicentes Tu elius est p̄ amorem  
facere q̄ per timorē ¶ Hic et nos cū seruire debemus seruia-  
mus caritatue ac voluntarie nō coacte quia coacta seruicia  
deo non placent Unde aug⁹ Nemo enim iniuitus bene facit  
eciā si bonū est qđ facit Crisol Voluntas facit opus remu-  
nerabile non opus Et yfi Tale erit opus tuū qualis fuerit  
itencio tua ¶ Unde de quodam ioculatore dicitur uel legitur  
qui sciebat tombare qui postea visus est tombare in cella sua  
ad honorē dei et vīsi sunt circa eū quatuor angeli cum fin-

gulis cereis assistentes ei  
libros

**D**e symia que scribebat

**D**ialogus nonagesimus septimus



**S**ymia pulcherrime libros scribebat · sed tamen nunq̄ cor dabat ad id quod scribebat p̄mo magis cū alijs loquebatur vel auscultabat que ab alijs dicebantur Qua de causa sepissime libros falsificabat scribēs in eis q̄ loq̄batur vel q̄ audiebat ab alijs loqui Nolens autē se corrīgere nullus ei lucrū porrigebat · q̄ in paupertate collisa dixit Nichil scriptor opatur corde si nō meditatur **N**icē enim cū psallere et orare volum⁹ · debem⁹ corde meditari quia nichil est sola voce cātare sine cordis int̄cione Sed sicut ait aplūs ad ephe· v⁹ **C**antate in cordib⁹ vestris dño · id ē non solum voce sed corde vt possimus dicere cum eodē · prima corith. xiiij⁹ Psallā sp̄itu psallā ⁊ m̄te **V**n̄ sen̄ · Noto ubiq̄ sū Ita faciebat ph̄i qui intenti erant ad inuestigādum et inueniendum prudēciā **V**n̄ studiū illorum ad illā habendā supvacuum est scribere cū eorum studia pateant p̄ sapientie docimēta **D**e quorū studio narrat valerius li⁹ viij⁹ vbi ait q̄ caruasides laboriol⁹ ⁊ diurn⁹ sapientie miles siqdē nonagita expletis ānis ita se mirifi cū doctrine tēporib⁹ addixerat vt cū cibī capiēdi causa reubu illz cogitacōnib⁹ inherens manū ad mensā porrigeere obliuiscetur **E**odē modo narrat ibidē de archimedē ph̄o q̄ cū capta sua ciuitate scilicet syracusana et marcellus edictū dedisset ne ille occideretur **I**pse vero oculis in terra defixis formas vñ

figuras seu circulos describebat. supueneti vero milite et sup caput strictum gladiū tenenti et inquirēti quisnā esset ppter nūmā cupiditatē veri inuestigādi quod querebat i figuris. no mē suū indicare nō potuit. **H**ed protacto puluere manib⁹ no li inquit obsecro istū circulū disturbare. **E**t sic quasi negligens imperium victoris. militis gladio est obtrūcatus. **D**e camaleopardulo dyalog⁹ nonagessimul octau⁹



**C**ameleopd⁹ est animal ethiopū ut dicit pſi. li⁹. xij⁹. et pli li⁹. viij⁹. ca⁹. xix⁹. caput habens cameli ⁊ collū equi ⁊ crura et pedes bubali ⁊ maculas pdi. **E**t autē bestia maculis albis rutilē colorē distinguētib⁹ sup alpersa. **E**t ē bestia magis aspectu ⁊ feritate conspicua in tantū mansueta q̄ ecia ouis fere nomen accepit ut dicit idem. **H**ic pictor magnificus effectus semp xp̄m monstruosum effigiebat ut se vindicaret ppter quod multi xp̄m deprecabantur dicentes. **Q**uomodo hic iuuare nos debet qui nec formā habet nec decorēm? **Q**uadā autem vice hic cameleoperdulus alte cristū colorabat et protulit suo ipsū monstruosum et despictū ostendebat. **V**nde cristus perturbatus ei apparuit dicens. **Q**uare me sic deturpas ostendens me esse monstruosū cum sim pulcher pre filijs hominū? **I**n me angeli intueri desiderant et tu honorē ⁊ decorērari q̄ me monstruosū plasmasti et non decorasti? **P**unc de te me vindicabo nec vñq̄ tibi parcam xp̄us autem perturbatus

cum alte pingeret precipitauit eum dicens **D**ala pptrauit  
vindictam qui p ipsa perdit vitam **H**ic eni multi sūt ita acer-  
bi et duri q̄ nunq̄ iuriam volūt dimittere sed semper volunt  
vindicare ppter quod dicitur eccl. xxvij. **Q**ui vindicari vult  
a deo iueniet vindictā **I**deo q̄ seneca **I**n iurie obliuisci debem⁹  
quia iuriarum remediu est obliuio **A**ntiqui prīncipes fuerūt  
clementes et benigni in dando idignis et in remittendo hostib⁹  
suis **H**onde refert valerius li⁹. vi⁹ de camillo consule qui cum  
falsos obſideret magister ludi nobilissimos ònes pueros illo  
rū in caltra romanorū perdixit p quibus nō erat dubiu quin  
illi essent leiplos iphi impatorī tradituri **C**amillus autē nō lo-  
lū hanc spreuit perfidiā sed precepit ut pueri vincitū magistrū  
virgīs celū ad parentes suos reducerent **Q**uo beneficio victi  
animi eorū portas romanis aperuerunt **R**ecitat ambro⁹ i summa  
de officio in cronicis romanorū cū venisset quidā aſſerēs q̄ me  
dicina toxicata pīrro medicus daret et sic rege mortuo victori  
am obtineret iussit eum fabričius ligari et ad dñm suū rexitti  
**E**t subdit ambro. reuera pclarū ut qui virtutis certamē susce-  
perat nollet fraude vincere **T**unc pīrus dixisse fertur **I**ste est  
fabričius qui difficultate q̄ sol a suo cursu auerti nō  
posset et sic cū eo ad libitum pacem compoluit **N**arrat vale-  
rius li⁹ v⁹ ca⁹ p⁹ q̄ cum carthaginēsum legati ad captiuos re-  
dimendos in urbē venisset. pīnus hīs nulla pecunia accepta  
reddūt iuuenes numero **Q** **Q** d cc xl **T**antū hostiū exercitum  
dimissum. tantam pecunia cōceptam. tot iurijs venia data  
mirādum est ultra modum **N**em narrat valerij li⁹ vi ca ii⁹  
q̄ cū priuernatus captus esset a romanis. aliquib⁹ de suo po-  
pulo interfectis. aliquibus captis. et cū eis auxiliū nī i pī-  
b⁹ restaret hīs qui capti erāt princeps eorū interrogat⁹ quam  
mereret⁹ penā ipse et sui **R**espōdit. illam quā mereret⁹ illi qui  
se dignos libertate iudicant **E**t cum iterū quereretur ab eo q̄  
sem cū eis pacē romanī habituri esſent impunitate donata.  
cōſtāter respōdit **S**i bona dederitis. pacē ppetuā habebitis.  
ſi mala. nō diuīturnā **Q**ua voce factum est ut dictis nō ſolum  
k i

venia sed ius et beneficium romane ciuitatis daretur. facti enī  
erant ciues romani. **D**e lauro nauta dyalog⁹ nonagesimus  
nonus



**L**aurus est animal tam i terra q̄ in aqua habitas volat  
enī & natat ut dicit glo. deut⁹ xiiij. volat ut aquila.  
natat ut piscis. **N**uis ē parua et nigra & pinguis semp  
habitās iuxta aquas nec potest lōge volare. **V**nde & agiles ho  
mines frequēter eā capiūt currēdo. **V**nde i aurora laurus flu  
minis est habitator et incola terre. **H**ic maxim⁹ nauta extitit  
sed classēa suā ultra q̄ decebat semp prepōderabat de se con  
fidens. **I**mici enī de hoc eū redarguebant nec ipse se corrige  
bat pppter cupiditatē lucri. **Q**uadā autē vice nauē onerabat:  
que de fluctibus mergebatur. non valens se gubernare pppter  
onus & undas. **I**dcirco ad solū ppullata naufragiū ptulit di  
cens. **H**oc intēdant negotiatorēs ne pppter cupiditatē lucri  
festinēt ditari cū periculo. **S**ed cū securitate paulatim profi  
cient. **A**it enī Hern. Nolo repente fieri sūmus. sed paulatim  
xplicere volo. **Q**uidā rusticus habebat gallinā vñā que co  
tidie ei faciebat ouū. et multa lucrabatur oua congregando et  
vēdēdo. **H**ic cogitans q̄ multa oua possēt iueniri i ea. et volēs  
totū lucrū simul habere scidit eā. et non iueniēs oua. pdidit  
totū ut vulgariter dicitur. oua et gallinā. **C**aveant etiam ne  
gociatorēs ne aliquid iūste acquirāt sibi. quia diuīcie iūstorū  
cito dilabūtur. **V**nde phūs. **D**iuiicie cito acquirete diu durare

nō possunt. Itē pū. xx. Hereditas ad quā festinatur i principio  
in fine benedictione carebit. Cum quidā mercator vīnū me-  
dium aque totidem denarij ac si purū esset vendidisset. Et cū  
in naui aperuisset sacculū rbi aureos suscepitos de precio vi-  
ni reseruabat simia quedam in naui erat hec videns. Que clam  
venit et accepit saccum cū aureis. fugitq; sup anchorā. Inci-  
piensq; apire saccum vnum aureū piciebat in mari. alii au-  
tem in naui ut mercator ex fraude nichil apparet.

**D**e leone venatore. **D**yalog⁹ centebimus.



**L**eo quidā maxim⁹ venator fuit. Hic semp agebat cū  
venabatur et animalia ituebat⁹ et cōspicabatur vnu  
de melioribus ipsūq; psequebatur. Animal autem  
illud cum esset in distancia bona ab ipso cōscitius fugiebat pro  
quo leo cōtristatus nō habens quod optabat. volens eciam de re  
lictis capere minime valebat ppter q; omnia alia iam latita-  
bant. Leo vero amaricatus manebat et nunq; venabatur dices.  
**N**unq; dimittamus certū nec relarem⁹ ppter incertū. Hic  
enī nōnulli cum possint agere ea que cōpetunt nesciunt capere.  
cupientes meliora. idcirco sepe decipiuntur. et ea que antea  
habere poterant nō inueniunt. Volunt eciam capere q; non pos-  
sunt et recuperare pdita et irrecupabilia sed non valent. vnu-  
de amarissime dolent. Contra quos dixit dauid ih⁹ regum xih⁹.  
Huius quia mortuus est quare ieuno. nūquid potero reuoca-  
re eū. Ego vadam magis ad eum ille vero non reuertetur ad

h 2

me. **V**nde fabulatur de philomena que docuit iunenem qui  
eā cepit. de re pdita & irrecuperabili nūc doless ut legitur in  
barlaam. **E**ccl enī demēcia et piculum relinquere rē securam et  
certā pro alia incerta et vana. **V**put refert esopus. quidam  
canis ferebat peciā carnis p pontē et videns umbrā in aquis  
reliquit carnes quas habebat in ore ut acciperet eā que appa-  
rebat i aquis. Ideoq; eā perdidit. **H**ic enī faciūt multi qui ppē  
cupiditatē acquirendi relinquunt secura que habēt ut acquirāt  
ea que nō habent. **V**nde esopus nō debent pro vanis certa re-  
linqui. **E**t sic demēcia est secura relinquere. sic est fatuitas de  
vanis sperare quia vane sunt cogitationes hominū ut psalmo  
xciiij. **V**nde cū quedam dñā dedisset ancille sue lac ut ven-  
deret et lac portaret ad prbē iuxta fossatū cogitare cepit q; de  
prō lacris emeret gallinā q; faceret pullos quos auctos i gal-  
linas vēderet & porcellos emeret eos q; mutaret i oves & ipsas  
in boues. sicq; ditata contraheret cū aliquo nobili et sic glo-  
riabatur. **E**t cū sic gloriaretur. et cogitaret cū quanta gloria  
duceretur ad illū virū super equū dicendo gio gio cepit pede  
percutere terrā quasi pūgeret equū calcaribus. **S**ed tunc lu-  
bricatus est pes eius et cecidit in fossatum extundendo lac. sic  
enī nō habuit quod se adepturā sperabat. **D**e tragedelapho  
architectore fallace dyalogus tētesimusprīm⁹




**T**ragelaphus id est hircoceruus dicit brito nomē ē cōpo-  
sitū a tragos quod est hircus et laphos quod est ceruus

qui licet sit eiusdem speciei cū ceruo villoso tamē habz armos  
vt hirci et metum barbatū cornubus ramobis. **H**ic arhitector  
optimus effect⁹ est sed maximus deceptor. **T**ū cōsulebat edifi-  
cium fabricari tale fundamentū construebat q̄ edificiū ruinā  
cito paciebatur dices ita se deniq̄ lucrabor ego cū redificabo  
illud. **H**ic enī homines spoliabat cū cōfiliabatur. **I**nter hec qui  
dam tyran⁹ vol⁹ sibi palaciū mirabile edificari vel fabricari  
misit ppter hunc architectorē eis pecuniam inumerabilēm de-  
dit ppter edificium cōstruendū. **A**rchitector autē vt solebat fu-  
damentum debile fundauit. ita q̄ expleto ope palaciū se scin-  
dere cepit et ruinā minari. **T**yran⁹ autem h̄ videns amarica-  
tus architectorem citavit eisq̄ dixit. Quare me decepisti malig-  
ne? **C**ui ille. Ne decepi cū palaciū fundauī. sed oportet ppter  
nere ipsum ut melius fundetur. **T**yran⁹ autem ipsū cepit et  
iuxta murum collocari fecit. et ipsū palacio precipitari fecit  
dicens. **P**er confilium ne phandū. sepe portant multi dā-  
num. Ergo caueas dare falsum cōfiliū et nequissimū. **H**epe  
enī contingit q̄ illi qui dant cōfilia mala sup eos devoluūt.  
**E**cce xxvij⁹. Facienti nequissimū cōfiliū super ipsum devolue-  
tur. et non cognoscet unde veniat illi: put refert orofus q̄  
dum qđam tirannus multos innocentes damnaret. pili⁹ ar-  
gentarius volens sibi placere. taurū erenum fecit cui⁹ in latere  
ianuam composuit per quam damnati posset includi. deditq̄  
eum tiranno ut quos exclos haberet ignibus suppeditis int⁹  
includeret. et ut genitus bouis vel pecudis viderentur rosa-  
nare in penis. **S**ed tirannus factum abhorruit et dixit ei ut p̄  
mus intraret. ut sicut qualiter per os tauri mugitum emitte-  
ret scire posset. et sic eum inclivit et puniuit.

**D**e bubalo caligario dyalogus centesimus secundus

h 3



**B**ubalus est animal simile bov⁹ ita indomitū q̄ p̄ ferita  
 te iugū nō recipit in cervice. **B**ubalus aſtrica procreat  
 In germania autē sūt boues agrestes hūtes cornua in  
 tātu protensa ut in regis mēla pp̄ter insignē eorū capacitatē  
 ex eis pocula fiant ut dicit p̄idorus. **E**t autē animal magnē  
 fortitudinis vnde domari non potest nisi circulo ferreo nari-  
 bus ei⁹ infiro quo circūducitur: nigri autem coloris vel fului  
 paucos et raros habens pilos; corneam habet frontem cornu-  
 bus validissimis circūleptā. **C**aro eius nō solū utilis est ad es-  
 tam verū etiam ad medicinā ut dicit pli. libro xxvij⁹: ca. x⁹.  
**H**ic caligarius nomiatissim⁹ extitit: qui per artem splendide  
 cū magna familia degebat. **S**ed cū diues esset factus arti dero-  
 gare cepit dicens. ars est hec vituperata: manus semp nigras  
 gesto. sedeo in turpitudine lūgens corū et pedes. **H**olo enim  
 me sublimare et apothecarius fieri. quia postmodū redolebo:  
**C**ū enim esset speciarius effectus omnes ipsum deridebant.  
 propter q̄ artem nesciebat nec vendere nec comparare cognos-  
 cebat. idcirco breuiter sua dissipauit et in egestate decilus ait  
**M**elius est bene in suis stare q̄ se male commutare. **C**aveat  
 ergo quilibet et consideret statum suum nec rito se mutet. Ait  
 enim aplus prima corinth. vij⁹. In qua vocacione vocati estis  
 in eadem permanete. Quia dicit seū. Nō cōualeſcit planta que se  
 pe transfertur. Perseuerancia enī est in ratione bene constitu-  
 ta ſtabilis et ppetua manio. Ait enim tullius primo rethori

ce In hac pseuerancia sit homo immobilis et non frangatur ad  
 uerbitatibus nec extollatur prosperitatibus Itē non terreatur  
 cōminacionibus nec electatur pmissionibus Ait enī seneca de  
 naturalib⁹ questionib⁹ li⁹ ih⁹ et ut sit exp̄itor sup̄ boecii  
 de cōsolatione posuerunt ph̄i duo dolia in limine dom⁹ iouis.  
 Secundū ipsos est dom⁹ mūd⁹ iste duo dolia pspitas et adū-  
 sitas de quib⁹ oportet gustare mūdū intrantes Alexād enī  
 non potuit constanciam et pseueranciā diogenis vincere Id q̄  
 i sole sedentem cū accessisset et ipsi diceret ut si qua fibi donari  
 vellet indicaret vir robuste constancie ei respondit Helle p̄ ce-  
 teris ut a sole michi non obstes Id est ut non stes inter me et so-  
 lem Ex hoc ex̄t puerbū Alexāder diogenē gradu suo diuicijs  
 pellere temptauit Hed celerius armis darium potuit vellere  
 gradu suo regali Ideoq; ait seni li⁹ v⁹ de beneficijs q̄ diogenes  
 multo potentior et locupletior fuit alexandro omnia possidente  
 Plus enī erat id quod nollet accipere q̄ quod ille posset dare.  
 Et illo die victus fuit alexander quia vidit hominē cui nec da-  
 re posset quicquid nec auferre Hec enī temporalia vilia reputa-  
 bant ph̄i Vnde quidam ph̄us fleuit quia vidit homines circa  
 vineas et campos et edificia diligēter laborare tanq; i ip̄is es-  
 set ppetua beatitudo Alter quasi homines deludēdo p carnis  
 voluptate et cura seculi semper rishit Jeremie li⁹ Stultus fact⁹  
 est omnis homo a sciencia sua cōfusus ē omnis homo a sculptili  
 suo Sculptile dicit⁹ qcqd homo i hoc mūndo delectabile cōsti-  
 tuit De iuuenco coco Dyalog⁹ centesimustercius



K 2

**I**unēcūs bos est nouēlūs cū a vitūo discedit et incipit  
 iuuare hominū vñ terrā colēdo. **H**ic optima⁹ erat coe⁹.  
 facere enī scribat fercula diuersa et dēlicata. tamē ipsa  
 vastabat ppter q̄ ea nimis salsabat. **V**nde dūs ei⁹ vorauit  
 eum ad se dicens. **Q**uale destruis fercula sic dēlicata propter  
 nimū salēm? Qui ei semp̄ respondebat propter q̄ melius  
 michi sapit. **D**idens dūs q̄ se non corrigebat ppter gulosita⁹  
 tem suam eum verberauit et spoliati⁹ reiecit. **H**ic enim accidit  
 ei cū multis. **S**ed ppter inguiuē. saporē. et appetitū mac-  
 tatus fuit. qui miserabiliter corrūt dicens. **P**lus per gu-  
 lam moriuntur q̄ in bello perimuntur. **H**ic enim multi gu-  
 losi nolunt nisi que sibi sapiunt et appetunt. **C**et qui sequuntur  
 appetitū sue gule sunt velut animalia imunda. **V**nde seneca  
 Ventri obediates animalium imundorum non hominum  
 similitudinē habēt. **S**ed sicut dicit glo. Non cibis sed appetit⁹  
 in crīmine est. Ignorāti⁹ valde est xpiano ventrem pro-  
 deo colere et p̄ concupiscēti⁹ et appetitū gule anime vir-  
 tutes expellere. **D**icit enī galien⁹. ciborū concupiscētie ani-  
 me sunt detrimēta. **Q**uanto enī magis ventre quis impletur  
 tanto anime virtutib⁹ minorātur. **E**t ppocras. immūda cor-  
 poza quanto plus nutries tāto plus sedes. **I**n francia fuit  
 quidam abbas qui quotidie epulabatur splēdide et diuīcīs ek-  
 fluens erat languidus nec medicinis poterat reparari. qui  
 desperans de vita ordinē cīstarcēti⁹ intravit in quo ppter  
 parcimoniam ieūnij conualuit et factus est robustus. **V**n-  
 de galien⁹. Abstinenēta sūma est medicina. **E**ccl. xxvi. Qui  
 abstine⁹ est adiciet sibi vitam. **N**egitur q̄ bragmanni scrip-  
 serūt ad alexandru. Illicita est apud nos ventris extensio pro-  
 inde sumus absq̄ egritudine et diu viuimus. sanī sumus nec  
 nobis aliquā medicinam facimus. Iti sola īmortalitatē qua-  
 carebant ab alexandro querebant. **F**uit nostris temporī-  
 bus quidā antiquis senex qui vixit multis annis. Cūq̄ inter-  
 rogatus esset quare tantū et tam diu sanus viuebat. respon-  
 dit. Nunquam surrexi a mensa ita satur q̄ grauatus esset

veter meus. nec etia fletu bote mia plus sum. mulierem deniq;  
nunq; cognoui Hjs tribus de causis diu et sanus pmisi.

**D**e capriolo ioculatore **D**ialog⁹ cent⁹ sim⁹ quartus



**C**apriolus quidā erat excellentissim⁹ ioculator q̄ egre-  
gie catabat. tripudiabat et sermocinabat⁹. tamē de-  
uitat⁹ habebat⁹ propter q̄ nimū ioculabatur. Ide-  
oq; pauprime degebat. Quadā autē vice ad regē pperauit di-  
cens. **D**ñe velut scitis optime ioculari scio vltra ceteros. sed  
nō libenter i tuo regno auditus sūt. Multe enī nō ita ioculari sci-  
unt et amplifice munerātur. fac michi rationē. Cui rex. sicut  
dicas vrbane ioculari scis sed hoc i te vicium ē q̄ nimis omnia  
facis et dicas ita q̄ audientes fastidiūt⁹. Si vis ergo libēter esse  
auditus stude tēperate loq; et ioculari. Capriolus autē hoc fa-  
ciens p̄citus se ditauit dicens. **O**ulta sunt agitata si sunt  
semp temperata. Ita et nos agere debem⁹ ea que scim⁹ et agi-  
m⁹ ita temperate agam⁹ q̄ fastidio non appaream⁹. Dicit enī  
psi. Omne quod est nimū cōvertitur in fastidū. Vn qdā ver-  
ficator. Non bene ducuntur nimū qui verba loquuntur. Recipi-  
untur aues p cantus lepe lucues. Quidam periuulus īterro-  
gavit senē quidā dicens. Bonū est loqui an tacere pater? Cui  
senex. Si sunt verba iutilia dimitte ea. si autē bona sunt non  
diu protrahas sed cito incide quod loqueris. Quia dicitur eccl  
xxix⁹. Adolescentes loquere in tua causa vir. Si bis interrogat⁹  
fueris habeat caput responsū tuum. Vbi sunt senes non mu-

tū loquaris et in medio senatoriū ne addicias loqui **N**on vītil patrum quidā interrogauit senē dicens Usquequo seruādū ē silenciu? Cui respondit vslq ad interrogacionē **I**n omni loco si taciturnus fueris requie habebis vnu serua silenciu vslq ad tē pūs **T**emistidē phūs rustico tacenti i cōuiuo dixit es doctus et h̄ si solū habes q̄ taces Cappter pslq **T**e pōze cōgruo loquere Tempore cōgruo tace nō loquaris nisi interrogat⁹ fūris Nō dicas ante q̄ audias Interrogacio os tuū aperiat

**D**e lepoze iurista dyalog⁹ centefim⁹ quintus



**L**epus iuit parib⁹ ad studendū et factus est sūm⁹ iuris ta ob hoc venit ad leonē dicens Oñe res meas expēdi in studijs litterariū peto q̄ sim bene salarioe ut ho noxifice sub umbra alarū tuaru possim viuere Cui leo Indagare prius te volo ante q̄ salariū tribuere perge mecum ad diuersa videndū Qui cū pagraret simul per siluam ecce quidā venator apparuit habens arcum et pharetrā et post vslum et post vulpē sagittabat Vulpis autem ingeniosa cū intuebatur sagittā deuitabat ictum et saltabat Ursus autē arrogans et de fortitudine sua confidens impetuose versus hominē tendere cepit volens ipsū discerpere Venator autē emittens sagitta accepit vrlī vitam Quod videns leo ait lepori Ex hoc fac prouerbiū ut agnoscatur sciencia ex quo vis fieri salarius. Lepus autē exarauit in libro dicens Tālet contra ictum mortis esse sapiens q̄ fortis Leo quoq̄ puerbiū lau-

dauit · et ipsū secū in urbem duxit ubi inueniens quēdām do-  
mīnū depompantem idest vituperātem seruos suos **V**nus illoꝝ  
patienter auscultabat · alter vero contra dñm verbosari cepit  
et non cessabat p̄ quo dñs iratus ipsū grauissime verberauit  
et expoliatum ipsū reiecit · patientē autē retinuit et exaltauit  
**E**x hoc vero lepus leoni scribit **M**ultū melius tacere est q̄  
male respondere **N**Et hoc pueriū magnificauit leo et leporē  
in villā durit in qua iuenerunt bubulcū quēdā qui coniunge-  
bat boues et ad mansū idest terrā r̄ij iugerum arandū man-  
dabat dans ei pro quolibet fasciculum feni **V**nus autē sine ru-  
more fasciculum bauiabat · alter vero ppter audaciā verbos-  
sari cepit dicens **Q**uid est feniū secum deferre ? non enim sic sa-  
turabit nos **E**t hoc dices noluit feniū secum portare **C**ūq; ad  
laborem venissent et usq; ad vesperū ararent · ille qui habebat  
fasciculum feni se reparauit · aliis fatigatus non habens de  
quo se refocillare posset famelicus interiit pro quo dictauit le-  
pus leoni dicens **M**elius est possidere parvū quid q̄ n̄l ha-  
bere **H**ec omnia videns leo inquit Recte fili studiisti nec tem-  
pus tuū p̄didisti quoniam rationabiliter ad interrogata scis  
respondere unde ei salariū prebuit dicens **Q**ui vult esse sub-  
limatus prudens fiat et sensatus **H**oc enī attēndant studētes  
et frequenter addiscant ut sublimati existēt **M**ens enim homi-  
nis alitur et letatur discendo idcirco finem habere non debet  
**D**icit enī senū · Discendo ne defeceris **I**de debet esse finis discendi  
qui et viuldi **A**lius qdā dicit si pede i sepulchro haberē s̄dhuc  
addiscere velle **P**rudēcia enī p̄ se est desiderabii is et ecia ppter  
alios quia utilis ad multa **A**it cōmētator sup primū ethicorū ·  
**V**ere est beat⁹ qui iuuenit sapientiā et qui affluit prudēcia p̄ibi  
li⁹ **I**deo antiqui p̄cipes habebant magistros suos · sicut tra-  
ian⁹ habuit plutardū & nero senecā et alexander aristotile **N**a-  
to enī alexandro philipp⁹ pater ei⁹ scripsit una ep̄stolā aristotili  
**P**hilippus aristotili salutē **F**iliū michi genitū scito q̄ eqdē  
dīs habeo graciam non tam proinde quia natus est q̄ q̄ con-  
tingit temporibus rite tue **S**pero enim fore ut sit educat⁹ eru-

ditusq; a te ut dignus existat et nobis et rebus nostri regni.  
 Nota q; princeps no solū sapiens esse debet in humanis dispe-  
 sandis et legib; eoz. sed etiam in diuinis legib; prout ait  
 dñs deut<sup>o</sup>. xvij<sup>o</sup>. Postq; secederit rex in solio regni sui describet  
 sibi deuteronomiū legis hui<sup>o</sup> in volumine accipiens exemplar  
 a sacerdotibus leuitice tribus et habebit secum. legetq; illum  
 omib; diebus vite sue et discat timere dñm deum suum et cul-  
 todire ceremonias ei<sup>o</sup> que in lege precepta sunt. q; si forte illi-  
 teratus est princeps consilijs litteratorū uti regi necesse est. un-  
 de a sacerdotibus iubetur accipere exemplar legis et a catholi-  
 cis et ecclesiasticis sicut exponit elymādus. Ait enim tulli<sup>o</sup> de  
 tusculanis questionib; li<sup>o</sup> ij<sup>o</sup> phlosophia est cultura animi q;  
 errabat vicia radicitus et ea mūdat et pparat animos ut fruc-  
 tus ferant. Ut enim ait papias Achademia fuit villa frequen-  
 ti terre motu concusa distans miliario ab athenis. Hanc phi-  
 losophi elegerunt scilicet plato et sui ut timore a libidine se co-  
 tinerent et ab alijs vicijs cessarent et studio vacarent. Et inde  
 dicti sunt achademici.


**D**e cane et lupis dyalogus centesimus sextus



**C**anis quidam magnus latrator & preliator fuit contra-  
 c lupos. ita q; nullo modo pmittebat eos in ciuitate in-  
 gredi lupi vero q; plurimi canē abhorrebāt cupiētes  
 ipsū extingue. idcirco simul i capestrib; conuenerunt et du-  
 os de senioribus ad canem mandauerunt dicentes. Magnus

es et formosus potes et virtuosus ideoque ones in campo cogre  
gati sumus ut te regem nostrum patrem. Veni ergo nobiscum secu-  
re ut te honorifice coronemus. Canis demens se sublimare cepit ex  
iliens cum eis ire cepit lupi autem caute ad ceteros eum perduxerunt  
qui cum ipsum intueruntur sunt se fortificaverunt et ipsius totum lace-  
rauerunt dicentes. **E**sse qui cupit astutus maneat ubi stat tu-  
tus. **H**ic enim homo cum in loco tuto manet non ide exire debet  
propter promissiones et laudes adulatorum. quia multi repren-  
derunt deceptores qui cautos seducunt verbis mellitis propter quod di-  
cit albertanus non acerba verba sed verbera timebis. **N**Et physis  
**Q**ui bene dissimulat citius limico nocet. **N**on put esopus volens  
ostendere quod homo debet considerare quare sibi aliquid promis-  
titur vel datur. **I**deo introducit hanc fabulam quod quidam latro  
de nocte venit ad domum cuiusdam et canis dominus incepit la-  
trare. **A**t ille extraxit panem de sinu et cepit ei blandiri dans  
ei panem. **C**ui canis tua dona laborant ut fileam et facias fur-  
tum. **S**i tollo tuum panem tu auferes omnia de domo mea et iste  
cibus priuabit me ab omni cibo. **N**olo enim semper egens esse  
propter modicam saturitatem. et ideo nisi sponte recedas latro  
modo tua furtiva pandam. **D**um enim canis filuit latro stetit  
postquam latravit ipse fugit. **H**inc dicit autor. **C**um tibi quid dat  
cur detur respice. si das. cui des ipsa dona.

**D**e lupo et azino. **D**ialogus centesimus septimus.



**L**upus cū azello simul sarrabat sed azinus simpliciter  
desup laborabat · lupus autē maliciose inferius trahe-  
bat cupiens occasionē iuenire ut azinū deuoraret **D**u-  
de querimoniae fecit versus azinū · quare mittis sarraturam  
in oculis meis · Azin⁹ respondit **E**go hec tibi nō facio sed pu-  
re sarrā guberno **S**i vis tu desup sarrare gaudeo · quia infe-  
rius operabor fideliter **C**ui lupus **N**escio · si dirigis sarraturā  
in oculis meis tuos eruā **S**arrantibus autē illis lup⁹ fortiter  
insufflare cepit sup sarraturam ut sarraturam in oculis locū  
mandaret sed ppter cōmissurā lingni sarratura recidit in o-  
culos lupi **L**upus autem pre dolore se retrorsit et iuravit ut

vehiculum precipitaret · sed iudicio dei penetral cecidit et lu-  
pum mactauit **A**zinus autem salies se in columnē colseruauit di-  
cens **M**ulti gladio necantur quo necare meditatur **H**ic enī  
faciūt maliciōlī qui expādūt rethe ante oculos sociorū vt eos  
fraudulenter capiat **H**ed sicut eccl. xxvij. **Q**ui parat fouear:  
primo suo incidet i ea pūt esopus volens ostendere q̄ vult  
decipere alios deus eum decipit et dāmnat · introducit exemplū  
q̄ quidam furicus venit ad flumē et non audebat ultra  
natare **H**unc videns rana volens eum decipere dixit **H**ene ve-  
nias frater et amice **D**icitur enī · frater in angustijs cōphat<sup>2</sup>.  
**V**nde veni mecum quia valde bene natare scio **C**redes h̄ furī-  
c⁹ p̄misit se ligari cum filo ad pedem rane **C**ūq; natassent in  
fluctibus rana submergebat se et furicum necabat **N**iterea  
mīlū desup volabat et videns furicum rapuit · et simul cum  
eo traxit ranā et utrūq; comedit **V**nde esopus **H**ic pereant q̄  
se p̄desse fāct<sup>2</sup> et obslunt **V**t discat in auctorē pena redire suū

**D**e p̄lo et lupo **D**yalog⁹ centesimus octauus



**U**rsus clamitauit lupū ad se et ait **H**um⁹ nos īter fe-  
ras nominati · sed si simul pnoctem⁹ erimus magis  
sublimati **P**lacuit hic sermo lupo et cōuraciones et  
societatē statuerunt **V**rsus autē informauit lupū dices volo  
tecum i estate manere · tu vero de quo venatus eris me faciabis  
ego autem in cella te refocillabo q̄a optime preparatus sum  
in hyeme **N**olo q̄ pmaneas in priuina cum algore sed in cauer-

na mecum epulaturus eris Credidit lupus et pro viribus venas  
 batur ut se et ursum saturaret ursus autem vacabat et sine labore  
 splendide epulabatur Cum ad cellam adueniret ursus ad fo-  
 ueam lupum duxit sed in fouea lupus nichil inuenit de quo  
 mirabiliter tristabatur et famelicus efficiebatur Ursus autem  
 lingebat se et per hoc clare viuebat de lupo quoque non procu-  
 rabat Cui lupus Quid hic gustare debeo Quare me tali-  
 ter decepisti Et ursus Hede mecum et lingere te si vis alioqui  
 recede Lupus autem delusus ad silvam reuertitur dicens Temp  
 socium probemus anteque nos sociemus Ita et nos probamus ami-  
 cos debemus anteque eis fidem demus Nullus secreta sua amico  
 committere debet nisi prius eum temptet et probet Eccli xi non  
 omnem hominem inducas in domum tuam id est in cor tuum multe  
 enim insidie sunt dolosum Unde Idem Hi possides amicum in temptatione  
 posside illum et non facile credas ei Ante probationem enim  
 non debet de facilis homo amico credere sed postquam ipsum temp-  
 tauerit id est probauerit et fidelem inuenierit debet secure si-  
 bi committere Unde valerius li tercio capitulo scribit de alex-  
 andro rege macedonum quod cum philippus medicus et probatus  
 amicus medicinam sibi dare deberet supersternerunt littere de  
 emulis milles continentes quod philippus corruptus pecunia a da-  
 rio in medicinam posuisset venenum Quas cum alexander legis-  
 set medicinam prius hauxit et postea litteras legendas philip-  
 po dedit ob magnam fiduciam quam de ipso habebat malum de  
 ipso suspicari non poterat Nulli enim amicis et societati an-  
 te probationem constringere nos debemus Dicit enim marcialis  
 rhodus cuidam amico suo Anteque ames crassipe proba Quia  
 dicit phus propter amicos non probatos prouide tibi Unde seu-  
 Tu omnia cum amico delibera sed cum teipso prius Non enim om-  
 nis socius est bonus nec fidelis per modum discernendus est socius  
 a socio Dicitur enim quod duo socii per viam incedebant quibus  
 occurserunt ursus impetum fecit in eos Pro timore autem unus  
 ursorum ascendit in arborum aliis vero se fixit esse mortuum  
 in terra Ursus autem venit ad eum qui iacebat quasi mor-

tuus et putans illum mortuum abiit Tunc socius descendit de  
arboce et quesiuit a socio dicens Quid consuluit tibi ursus in  
auricula? Cui ille dixit michi ne curere de tali socio qui dimisit  
me in tali piculo **T**Nota quod iimici qui grauiter inter se offende-  
runt nunquam possunt rectam pacem adiuvicem habere **V**nus per simili-  
tudinem habemus quod quidam rusticus habet filium unicum primit  
ut iret ad locum et luderet quem serpens mordit et occidit et  
sepultus est apposito signo super tumulo **R**usticus autem explo-  
rans et considerans si posset occidere serpentem iuenit eum et dum  
vellet occidere serpentem fugit et intras foramen abscondit caudam  
eius et facte sunt iimicie inter rusticum et serpentem **R**usticus  
autem loquatur de pace cui serpens inquit non potest fieri  
quod dicas quod diu videbis tumulum filii tui et ego quod diu vide-  
ro caudam meam non potest esse firma par

**D**e damula et lupo **O**ialogus centesimus nonus . . .



**D**amula ut dicit papus est capra agrestis Hec cum nocta-  
ret cum quodam rusticu et de pascuis quadam vice rediret  
lupus cucurrit ad eam dicens **V**odo de te ventre ipsebo  
cum euadere non potes **D**amula autem coram se geniculauit dices  
**R**ogo te per deum quod permittas me prius redire ad ouile **H**ed  
meus hodie non lactauit propter quod fame interire poterit pro-  
mitto enim tibi quod postmodum ad te remeabo lupus vero cogita-  
uit habere vreugd et alt **V**ade ad ouile et capretum tecum ap-  
portabis cupio enim videre eum et eius et tui miserebor sed

li

fine te euadere non poterit Hec omnia damula iuravit · sed  
 tū ad domū reuersa fuisse fetum suū enutriuit et ad lupum  
 non redijt · et lupus lamentabatur dicens **Q**ui securus est  
 ex auro non amittat pro t̄hesauro **H**ic enī multi tū habeant  
 sufficiētiā ppter coacupiscaciām et auariciām cuncta vo-  
 lunt deglutiōre tanq; lupi qui nunq; saturantur propter quod  
 sepe vacui existūt **C**upidus et auarus est sicut vas sine fundo  
 quod nunq; impletur **H**urta illud ecclesiastes v° **A**uar⁹ nō im-  
 plebitur pecunia Et ideo antiqui prīcipes cupiditatē et auar-  
 icia respuebant non enī ambiebant dominari propter pecu-  
 niā acquirendā · sed ppter gloriam et rei publice custodiā  
**V**nde narrat valerius libro iij° cū scipio accusaretur apud se-  
 natū de pecunia respondit **C**ū totam aftricā potestati vestre  
 subiecti nil ex ea quod meū diceretur preter cognomen re-  
 tuli Fuit enī dictus scipio aftricanus quia aftricā deuicit  
**N**arratq; valerius de māteni curione qui fuit norma roma-  
 ne frugaliatis et spectaculū fortitudinis **C**ū enī legati sauiti  
 venissent ad eū · ingressi vident eum scampno sedentem iuxta  
